Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
XXII
C
25
NAPOLI

XXII
C.
25.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
C
25
NAPOLI

Digitized by Google

IACOBI GOTHOFREDI IC.

DIATRIBA

DE IVRE

PRÆCEDENTIÆ

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

Duplo quàm antea auctior.



GENEVÆ,

Apud Petrum Chouët.

M. DC. LXIV.

Digitized by Google



Digitized by Google

Magnificis, Nobilißimis, Amplißimiſq́;
Viris Dominis,

CONSVLIBVS,

QVÆSTORIBVS
ET TRIBVNIS,
TOTIQVE SENATVI
INCLYTÆ REIPVBLICÆ
BERNENSIS.

ESAIAS COLLADO.

SISTIT *ſe vobis,* PROCERES AMPLISSIMI, *multiſque nominibus colendi, non inglorius de* IVRE PRÆCEDENTIÆ *libellus,* IACOBI GOTHOFREDI *Iuriſconſulti celeberrimi, & Reipublicæ noſtræ quondam Senatoris & Conſulis digniſsimi glorioſum nomen præ ſe ferens,*

Digitized by Google

& ſqualore depoſito, quem ex damnoſo Reipublicæ literariæ parentis obitu contraxerat, in altum ſurgens, atque ea honorum inſignia, quibus etiam ſupra tot gentes præfulgetis, bona alite pertractans, Excellentiarum veſtrarum tutelæ ſe totum committit. Fateor equidem præclarum illum parentem, non proletarium ſcriptorem, ſed Doctorem omnigena doctrina conſpicuum, & toto orbe celebrem, hic non mediocriter deſiderari, qui ſuum illud opus mundo certè nitido adornaret, & variegata inexhauſtæ eruditionis ſupellectile radiantem partum auguſto Conſeſſui veſtro offerret. Verùm fato functus eſt ille, & quæ nemini Parca parcit ſilentium ipſi indixit. In hoc luctuoſo ſtatu collegæ & amico iam ab aliquot annis non ſine ſummo doloris ſenſu nobis erepto, vicariam operam impendo: & quæ olim dum in viuis erat ſuper tam ardua & magni momenti materia ſub Academicæ Diſputationis nomine prælibauerat, & promulgauerat, nouis poſtea notis & obſeruationibus ſparſim aucta, ipſo communicante à me collecta, & in mundum digeſta ſuoq; ordini reddita, quantum publicæ curæ, quâ Senatoriæ, quâ Conſulares tulerunt, vtcunque refero. Quæ etſi in magnum volumen non excreuerint, non ideò minùs

nùs

nùs doctorum palato ſapient, iiſque quibus iuris publici abſtruſa cognitio cordi eſt, vt ſpero, accepta erunt. Delectabit eos ſcilicet, argumenti dignitas, dum hîc non vulgaria & in iure trita, ſed ſublimia & excelſa diſcutiuntur, nempe de honore nec non honoris prærogatiuâ, & iure præcedentiæ, pro quibus non tantùm inter priuatos in dignitatibus & officiis publicis conſtitutos; ſed & inter Reges, Principes, Proceres & Reſpublicas acribus ſtudiis huc vſque certatur. Ad lectionem alliciet celebre autoris nomen, iamq́; toties probata in explicandis, illuſtrandis & ſoluendis difficillimis Iuris noſtri locis & quæſtionibus acuta ſolertia. Dulcedine ſua capiet noua & non hactenus tentata in vniuerſa hac pragmatia ad certam iuris formam reuocanda methodus. Cùm enim antea varij variarum ætatum & gentium Iuriſconſulti percelebres in priuatis huius generis controuerſiis modò huic, modò illi honoris & præcedentiæ prærogatiuam adſerere ſcriptis ſuis conati ſint, hincque tot Diſſertationes, Tractatus, Diatribæ, Reſponſa & Conſilia in publicum prodierint, nemo verò vniuerſæ huius materiæ examen accuratè ſuſceperit, quod tamen rei præſtantia ſummopere poſtulare videbatur, hoc ipſum Gothofredus noſter, vt erat

Digitized by Google

feliciſsimi ingenij & ſolidiſsimi iudicij, ſtudio nunquam ſatis laudando ac Herculeo labore aggreſſus eſt, & accitis vndiquaque omnibus, quæ ex publici Iuris penu, ex theoricâ & practicâ Iuriſprudentiâ, ex hiſtoricis omnium gentium celeberrimis, nec non ex politicis primæ notæ autoribus, tandemque ex penitiſsimis & reconditiſsimis archiuis, exquiri poterant, rem vniuerſam in pauca contraxit, & ad certa principia & regulas reduxit, ex quibus ſingularum ferè huius generis quæſtionum deciſio faciliùs peti poſsit. Quo in opere ſi verba ſpectentur grata breuitas, ſi ſenſus prolixa & multiplex eruditio obuerſatur. Fœtum verò hunc poſthumum nunc ſecundis meis curis emendatum & publici iuris factum Excellentiis veſtris eo libentius, nuncupo quòd ſplendidum argumentum vobis planè dignum & conſonum exhibeat. Quæ enim Reſpublica in hac atra rerum mortalium ſurſum ac deorſum volutatione tam glorioſis monumentis emineat? Quæ gens hoc ſæculo cataſtrophen partim patiente, partim expectante, tot paciferis laureis, quibus nec Regius defuit plauſus, efflore ſcat? Quæ denique natio tam ſecuro regimine exultet, quam non inſita vobis gloria exæquet vel vincat? Nec palpum obtrudo

nec

nec oleum ore fero, ſed honeſti reuerentiam induo. Res ipſæ loquuntur. Et nemo eſt, tam iniquus dignitatum & fœlicitatum veſtrarum æſtimator, qui non nobiſcum de illarum pretio conſpiret: Quas verè fuſiore ſermone proſequerer, niſi me formido caperet, ne vobis Reipublicæ clauo indeſinenter aſsidentibus moleſtiam faceſſerem: maximè cùm non ſim neſcius magnitudinem veſtram, vt vt in æternos commentarios redigi digniſsimam, aſcititias laudes, ad quas tam impotenti animi æſtu cæteri ferè mortales graſſantur, heroico ſpiritu aſpernari: Verumenimuerò ſilentio premenda non eſt incomparabilis illa prudentia, quâ duce, tanquam Ariadnes filo, intricata quæque & difficultatibus referta negotia feliciter explicatis, & ſubditis vobis populis ſic proſpicitis, vt dum nullum non orbis angulum triſtis Enyo conturbat, ipſi tranquilli mediis in vndis degant. Nec abſolutiſsimus ille virtutum aliarum quâ Chriſtianarum quâ politicarum concentus vel latioribus ditionum veſtrarum latifundiis circumſcribendus eſt. Singula quippe indubiè tanta ſunt, & omnium ora gentium ſic merentia, vt eis enarrandis vnus quilibet impar ſit Quapropter ne in tam illuſtri argumento ingenij mei tenuitatem prodam, aut

cum prægrandi libelli titulo , vel cum exquiſito ſplendore veſtro, quo acies oculorum noſtrorum perſtringitur, malè ſtylum committam, de tabula manum ſubduco, & tacito ſipario velans quæ nec datur adumbrare, felicioribus ingeniis tractanda relinquo. Vos interim, Illuſtriſsimi Proceres, ſubmiſsè rogo vt munuſculum hoc Magnitudini veſtræ dicatum, & ſinceram, quam ſacrariis veſtris infero, deuotæ erga vos obſeruantiæ cultuſq; teſſeram, benigno vultu intueri, & æquo animo accipere , meq; fauore & beneuolentia veſtra , quod non in vltima felicitatis parte reponam, proſequi velitis. Deus Ter Optimus Maximus Rempublicam Statumq; veſtrum tueatur, & halcyonia Gentis veſtræ cum omnibus typis & gentilitiis ſtemmatis inter Pagos Helueticos admodum conſpicuis, ad ſeros vſque nepotes prorogare non dedignetur. Dabam Geneuæ Calendis Martij Anno reparatæ ſalutis M. DC. LXIV.

ELEN-

ELENCHVS
PARTIVM ET CAPITVM
Hvivs Libri.

Protheoria ſcopum autoris,& ſummam huius Diatribæ continens.

Pars prima *de TITVLIS Præcedentia.*
Cap. I. *De ſubſtantia dignitatis, & ſtatu Reipublicæ præſente ſpectando in controue-ſiis de Præcedentia.* pag.19
II. *De Præiudiciis ex quibus controuerſia de Præcedentia dedefiniri poſſunt.* 39
III. *De Extrinſecis.* 67
IV. *De cauſa efficiente, Materia & Obiecto, tandem & fine dignitatum, an & quatenus ſpectanda in controuerſiis Præcedentiæ.* 114
V. *De Circumſtantiis & Qualitatibus Dignitatum.* 126
VI. *De Mutatione contingente circa perſonas dignitate decoratas.* 144
VII. *De Repræſentatiua Præcedentia.* 149
Pars ſecunda *de Notis ſeu ſignis Præcedentiæ.* 154
Pars tertia *de Eurematicis ſeu Cautelis in controuerſiis Præcedentiarum.* 167

¶¶

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

I.

DE Præcedentia, Antelatione, Præeminentiâ, προεδρία, Cuinam videlicet ea inter Reges, Principes, Reſpublicas, Proceres, Privatos, in dignitatibus & officiis publicis, ſiue ſecularibus, ſiue Eccleſiaſticis conſtitutos, antiquior locus, prior ſedes debeatur, ad ſingulares facti ſpecies ſcripſerunt ſubinde, conſiliaque ediderunt celeberrimi Scriptores & Iuriſconſulti: Sanxerunt, deciderunt quamplurima Principes, Curiæ ſupremæ, Rotæ, Synodi. Exinde, huius & ſuperioris ævi exemplis, ſua ſcripta replerunt Hiſtorici, Politici. ¶ De præcedentia ſeu prærogativa inter Principes nominatim commentatus eſt Scriptorum nonnemo. Sed & de præcedentia in genere, vnus & alter. Atenim qui per-

Digitized by Google

petuo ordine ad certa principia, ſeu concluſiones artemque hanc materiam omnem revocaret, potiùs quàm per ſpecies ſingulares, vel nudam exemplorum congeriem iret, pauci hactenus reperti ſunt. Nobis quoque hanc in partem aliquid experiri nunc libet, ab eorum etiam ſententia diverſis, qui Pragmatiam iſtam à privatis ſtudiis alienam cenſent. Nam vt cæteroquin exemplorum inductione artes aliæ compactæ ſunt, quidni & nobis hanc eadem ratione ſaltem afficere licebit, quam perficient alij?

Hos Auctores interim ſis mihi nota: Melchiorem Alciatum, *de præcedentia.* Torquati Taſſi *Dialogum dignit.* Alphonſum Garſiam *de ſeſſionibus.* (de quo v. Valdeſium *de dignit. Regum Hiſpaniæ: proœmij n.29.)* Tilletum *du rang des grands de France.* Tiraquellum, *de iure primog. & de Nobilitate.* Chaſſanæum, *in Catalogo Gloriæ mundi.* Chriſtophorum Beſoldum, *de præcedentia.* Speronem Speroni, *Diſcorſi della precedenza de' Principi.* Goldaſti *ſeniorem ſiue de Majoratu lib.3.* Martini Laudenſis *tractatum de dignitat.* Oncieu, *de la precedence de la Nobleſſe ſur les Syndics du Tiers Eſtat.* Dominicum Arumæum, *de ſeſſionis prærogatiua.* Knichen *de Saxonico non provoc. Iure.* Buxtorfium *ad auream Bullam.* Rodolphinum de Sablonetta, *de poteſtate Ducum Italiæ.* Caleſatum *de equeſtri dignitate.* Maſtrillum *de Magiſtrat. cap.4. lib.5. p.2.* Nouar. *in prag.3. de officio ſacri Regij conſil.* Nouarum ad *leg.1. Cod. de Conſulib.* Bodini librum primum *de Republica.* Bernhardi Zieritzij *tractatum de præce-*

præcedentia. Seu commentar. *de Principum inter ipſos*
dignit. prærogativa. Riccium in *praxi, tit. praxis præce-*
dentiarum. Boërium *de auctoritate magni Conſilij.* Che-
nu *tit.32. des prerogatives, preeminences, rang & ſeance*
per capita 37. &c. Loiſeau *des offices lib.1. cap.7. à nu.22.*
&c. Tractatum *de la preſeance des Profeſſeurs ſur les Pre-*
ſidiaux de Tholouſe. ¶ Item de la *preſeance des Chanoines*
Reguliers de l'Ordre S. Auguſtin, principalement de ſaincte
Genevieſve de Paris, ſur les Religieux de S. Benoiſt, &c.
Matthieu Mareſchal *des droits honorifiques des Sei-*
gneurs en l'Egliſe. De Præcedentiis varias quæſtiones
cumulant Bobadill. *lib.3. Polit. cap.7. nu.11. lit. H, & n.27.*
& 37. Aceued. *in l.25. de Recep. à num.1.* Gama. *deciſ.1.*
Decian. *conſil.20. vol.1.* Ceualos *commun. quaſt.606. à*
num.30. Amatus *conſil.60.* Salgado *de regali prot.1.*
2. parte, cap.9. Franchis *deciſ.138.144. & 61.* vbi Amen-
dola idem *in addit. ad deciſ.365.* A Ponte *de poteſtate*
proregis. tit.3. §.8. Maſtrill. de *magiſtr. lib.5. cap.4.* Me-
noch. *conſil. 126. tit. 2.* Barboſ. *in remiſſ. concl. ſeſſ. 25.*
cap.13. Hermoſilla *in addit. ad Gregor. Vopez tom. 1. in*
prolog. Gloſſa circa addit. 2. vbi infinitos refert. D. Caſtil-
lo *de tertiis cap.41. à num.27.* Petrus Belluga *in ſpeculo*
Principum, rubr. de forma & ord. ſedendi. Bernardus de
la Roche Flauin, *lib.7. integro des Parlemens de France,*
du rang & ſeance ès Parlemens: & lib.12. integro *du rang*
& ordre obſervé par les Parlemens de France allant & mar-
chant en corps hors du Palais en robes rouges en ſa magnifi-
cence, ou en robes noires: & lib.9. cap.2. *du rang & ordre*
anciennement obſervé à demander les opinions. ¶ Nobiliſ-
ſima diſceptatio ſuper dignitate & magnitudine re-
gnorum Gallici & Britannici habita ab vtriuſque O-
ratoribus & Legatis in Concilio Conſtantienſi. ¶ De
præcedentia inter Regem Galliæ & Hiſpaniæ, pro Re-
ge Galliæ expreſsè (nam obiter alij multi egêre Cho-
pinus, Chaſſanæus, Boërius, Carolus Graſalius, Corſe-

tus, Selua, Marzarius, Vincent Cigault) Vignierus libello, cui titulus *Raiſons & cauſes de Preſeance entre la France & l'Eſpagne par N. Vigner contre Auguſtin Cranato Romain.* Lettres d'vn François, ſur certain diſcours fait n'a gueres pour la preſeance du Roy d'Eſpagne. Cardinalis Vitellij diſcurſus *de præcedentia agitata Romæ inter Legatos R.R. Galliarum & Hiſpaniarum.* Memoires concernans la preſeance des Rois de France ſur les Rois d'Eſpagne *par T. Godefroy.* Pro Hiſpano Cranatus. Vaſquius, Valdeſius. ¶ Conſilium Quettæ primum *pro præcedentia R. Romanorum ſupra R. Galliæ.* ¶ Scrittura data fuori da Mantouani in materia da *parità con Sauoia, & la riſpoſta fatale da vn Piemonteſe, A. D. 1622. in quarto.* Ep. Lauretani votum in cauſa Florentin. prælationis ſeu præcedentiæ inter Archidiaconum, Canonicos & Vicarium eiuſdem Eccleſ. Florentinæ: quod ad verbum deciſioni ſuæ 111. inſeruit *à num.23.* Gratianus in *diſceptat. forenſib.* Ioannis Iacobi Merillij tractatus *de præcedentia vicarij.* Et Theodoſij Rubei votum *in cauſa præcedentiæ inter Parochum & Canonicos apud Gratianum diſcept. forenſ. c.298.* Iacob. Port. allegationes in *cauſa præcedentiæ inter Abbates S. Auguſtini, & Abbates S. Benedicti.* Conſilia Paduana & Bononienſia *ſuper controuerſia Benedictinorum & Baſilianorum.* ¶ Vota Aulica, ſuper illuſtriſſima Ducum *Saxoniæ* controuerſia de iure Præcedentiæ Vackeri, Hegenmulleri, Goldaſti. Concilij Conſtantienſis, Baſilienſis, Tridentini Acta. ¶ Conſilia variorum Iuriſconſultorum, in his Marzarij *conſil.26. & vlt.* Vameſij *reſponſ. de Iure Pontif. tom.1. conſil.10.* Petri Henriquez *conſil.71.* Elberti Leonini *conſil.1.* Panciroli *conſil.6.157.162.* Deciani *reſponſ. vol.1. reſp.21.* & *vol.3. reſp. 7. & 19. & 4. vol. reſp.50. & vol.5. reſp.58.84.* Plaidoyé pour M^r le Duc d'Aumale contre M^r le Duc de Neuers pour la preference. Au recueil des plaidoyés de

l'an

l'an 1618. à *p.313. ad* 389. Menochij *conſil.51.53.257.126.* 902. Hotomanni *conſil.37.105.* Nattæ *vol.3. conſil.637.* 638. nomine totius Senatus Montisferrati. Portij *conſil.164.165.166.167.* Scoti *conſil.20.lib.3.* Cephal.*conſil.* 615. Larathæ *conſil.2.* ¶ Expectare etiam nos iuſſerat Nicolaus Alemannius libros *de Eccleſiaſtica prælatione* quos pollicebatur in *diſſert.hiſtor.de Lateranenſib. parietinis*: vide & Salgado de Somoza de *protectione Regia parte 2. cap.9.* Memorat & Seldeni *lib.1.de maris domini cap.* 18. inſtrumentum vetus de procerum Britanniæ Aremoricę inter ſe loci prærogatiua,anno 1087. ſub Alano Duce confectum. Vnde & nonnulla excerpit.

II.

Arduam [a] verò hanc Pragmatiam facit 1 ipſa primùm mortalium *ambitio*, [b] quæ regularum obicibus contineri ſe vix vnquam patitur, quin vi ſua obvia quæque perſtringat, novas ſemper vias pertentando, quà ſe quoque poſſit tollere humo, nemine lubenter vacuum ſeu vltimum locum occupante. 2. Facit ipſa *Temporum* & *Reipub.* [c] ratio, quæ ſubinde varia, ſibíque ſæpe diffidens & inſtabilis, modo huic, modo illi præcedentiam adjudicat. 3. Facit *locorum* [d] diuerſitas: alibi quippe aliter & notæ & tituli præcedentiæ regulantur, & ſuus cuique loco mos eſt. 4. Facit *Principum* inter ſuos *ἀδοξία*, [e] quæ mo-

dò huc modò illuc inclinat. 5. Facit *inſtabilis dignitatum* ſubſtantia, quæ peculij inſtar ſubinde creſcit, & decreſcit. 6. Facit Magiſtratuum & Iudicum *Sophiſma*, [f] qui modò huc, modò illuc ſeſe applicare fingunt, vt ita medij ſuam interim autoritatem tueantur. Quare *Prudentiæ* [g] magis politicæ hoc totum negotium videatur, neque tam in jurę conſiſtere, quàm in moribus. [h]

a v. Loiſeau *des Offices lib.1.cap.7.*

b v. Loiſeau *des Seigneuries cap.*11. *num.*42.43.44. Sic vt ambitio iam more ſancta ſit, & à legibus libera, vt Plautus loquitur.

c v. Gellium *lib.2.cap.*15. & Langlæum 7.*Semeſt.*7. & Seniorem Goldaſti *lib.1.cap.24.n.5.*

d v. Chaſſanæum & Milles *de Nobilitate.*

e v. Langlæum 7.*Semeſt.*7. Exemplum tradit Chanutius in Profeſſoribus Tholoſanis *cap.*177. Penes Principes ius eſt & norma ſedendi: de quo *infr.p.1. c.2. th.* 6. vbi de re iudicata, *lit.d.* Codinus Curopolata *de officiis aulæ Conſtantinopol. lib.2. cap.2. num.5.* ἔξεστι δὲ καὶ τοῖς βασιλεῦσι καινοτομεῖν καὶ πράγματα καὶ ὀνόματα ἀκωλύτως, καὶ ἀναβιβάζειν καὶ ὑποβιβάζειν ὡς βούλοιντο.

f v. Dionem Chryſoſtomum, *ad Nicomedienſes pag.*478. 479. & quæ dicam *inf.p.3.th.1.*

g v. Onciaci libellum *de la precedence de la Nobleſſe pag.92.*

h v. Pontanum *ſur la couſtume de Blois*, & Loiſeau *des Offices lib.1.cap.7.num.*36. & lib. *des Seigneuries cap.*11.*n.*29. 40.42. Sic vt titulum præcedentiæ ſuæ fundare haud adeo procliue ſit, cùm merę inquiunt facultatis magis ſit, quàm juris conſtituti.

III.

Neceſſaria tamen, nedum vtilis aut gravis, [a] ſi quæ alia Iuris publici Diatriba, iſthæc eſt, quamq́ue nonnullis ſaltem principiis[b] informari judicioq́ue aliquo teneri, ac non etiam mapalia[c] fieri (id eſt, ambitioni aut gratiæ vel impotentiæ cujuſquam ſubjici) publicè [d] expedit, tum alibi tum etiam in Eccleſia: ac proinde publicè quoque expedit præſtò eſſe qui hæc rectè norint. Primò *Juſtitiæ*[e] & æquitatis ipſius ratione, quia & hac parte æquum eſt, hinc ſuum cuique jus reddi, & locum debitum in Republ. & Societate humana ſervari, non etiam præripi[f], inde (vt loquitur canon Nicenus 18.) quemq́ue ἰδίοις μέτροις ἐμμένεσθαι. Secundò *Honeſtatis*[g] ſeu εὐσχημοσύνας; quandoquidem ſæpe ſolemnia pomparum & conventuum miſceri eam ob rem[h], & ſcandala exinde oriri videmus. Tertiò, *Vnionis*[i] & *pacis publicæ* contemplatu, cùm ad arma ſæpe vimq́ue apertam, nedum ſecretas & internecinas inimicitias, rem hanc procedere, & *Iura* (quod dicitur) *è vagina deriuari* ſciamus: imò neque exempla[k] deſint ſubditorum, qui ideò ad hoſtes defecerint. Quar-

tò, *Vtilitatis*[l] *publicæ*, quia ſæpe ſalutem publicam, civilem, militarem & circa id deliberationes deſtitui & eludi hoc obtentu, rerum experientia[m] teſtatur.

a Vt mirer præceps judicium Gaſparis Bracacciæ, *nel Ambaſciatore lib.3.pag.309.* qui materiam hanc vocare auſus, *di poco guſto à chi la legge, & di nicino à chi la ſcriue.* Et Hart. Mauri *de coron. Caroli V.* qui hunc laborem de rebus frivolis vocat. Contra rectè Put. *deciſ. 449. in fin. lib.2.* & *deciſ.6. lib.3.* & Cardin. Seraphin. *deciſ.22.num.2.* & *deciſ.81. num.1.* Gonzal. *ad Regul.8. in proëm. part.4 num.30.* materiam præcedenriæ magni præjudicij eſſe ait. Denique cauſa hæc gravis eſt, vbi de honorificentia tractatur, *arg.l.Iulian.ꝟ.ſi quis omiſſ. cauſ.teſt.* Baldus *in l.1. ꝟ. de probation.* Chaſſan. *part.1. conſil.2.* Gerardus *ſing.82.* Vbald. *ſing.77.* Et vitæ adæquatur, *arg.l.iuſta,72. de manum.vind.* & omni lucro præferenda, Baldus *conſil.382.nu.2.vol.5.*

b Oppidò enim ſuave eſt, videre Scriptores, prout libido his auſpicium facit, modò hoc principium vrgentes, eoq; nitentes; modò vbi ad alia ventum eſt, eadem illa negantes; cuiuſmodi eſt potentia, antiquitas meritorum, pluralitas dignitatum & id genus alia. Vnde etiam ſæpe evenit, vt qui bonam cauſam tenet & tuetur, falſis nonnullis rationibus & principiis tueatur. Quinimò videas & diverſa principia paſſim inter ſe confundi.

c v. Langlæum 7.*Semeſtr.7.pag.312.*

d Ad hanc rem vide quæ ſcribit Nolden *cap.7. de cauſa finali Nobilit.*

Huc pertinet Canon Nicænus 18. vbi vetantur Diaconi ante presbyteros ad Euchariſtiam accedere, & in medio presbyterorum ſedere. Vide Ammianum *lib. 27.p.366.*

e Hanc

Digitized by Google

e Hanc in rem elegans eſt Theodoſij Magni conſtitutio, *l.1. C.Theod. vt dignitatum ordo ſervetur.*

f Vnde præcedentiæ ratione dicitur inferri præiudicium Iacobus Puteus *lib.3. deciſ.6. n.5.*

g v. Chanutium *tit.32. in pr.*

h ὑπὲρ τῆς πρωτομιτίας, vt loquitur Dio Chryſoſtomus in *Orat. ad Nicomedienſes pag.*479. Memorat quoque Qu. Curtius *lib.*1. Alexandrum M in ludis Græcorum totum occupatum fuiſſe in decidendis circa primas ſedes quæſtionibus.

i v. *Can. vlt. diſtinct.*89. Ordo concordiam parit, alit, atque fovet. v. & Menoch. *conſil.*51. *num.*2. Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi parte* 1. *conſid.*77. Exemplum cruenti huiuſmodi certaminis inter Abbatem Fuldenſem, & Epiſcopum Hildesheimenſem ann. 1603. in conventu Goſlarienſi memorat prolixè Lambertus Schaffnaburgenſis: quem vide.

k Exemplum in Carolo Borbonio, qui ob demandatam primæ aciei curam Alenconio, quam ſibi deberi dicebat, ad Imperatorem Carolum V. defecit Iovius *lib.*22. *Hiſtor.*

l v. Chanutium *in ingreſſu præfationis:* Arumæum in *tit.*6. *aurea bulla p.*196.197.

m Quod de comitiis Germaniæ Zamoiſchius dicebat.

IV.

Vindicari ſanè jus præcedentiæ, & extra iudicium, inculpatæ [a] tutelæ moderamine; & iudicio quandoque etiam actione injuriarum [b], vel interdicto ſeu remedio poſſeſſorio [c] iure poteſt: Non obſtante [d] humilitate Chriſtiana, ad ſententiam videlicet definitivam

promerendam (nam à poſſeſſorio ſummario appellari[e] non poteſt.) Etſi non negem, vtiliter ſæpe id ſperni[f]. ¶ Imò, cogi etiam nonnullos ex officio, putà Legatos & Magiſtratus[g], vnà cum dignitate ſua Maieſtatem publicam hac parte vindicare ſeu retinere, affirmamus. ¶ Sicut & de iure tenetur ſuperior[b] partes ſuas interponere, in cauſis præcedentiarum, vt vnuſquiſque iure ſuo vtatur[i].

a v. Chaſſan. *Catalog. glor. mund. par.* 1. *conſil.* 2. *num.* 7. Petrum Geraldi in *ſuis ſingular.* 33. ¶ Imò & bello: quod & Caſparus Colinius Regi Carolo IX. perſuadere conatus, ob denegatam illius Legatis Principis loci Maximiliano prærogativam, vt ſcribit Thuanus *lib.* 35. *&* 49. ¶ Tandem & armata manu, ſi quis in huiuſmodi quaſi poſſeſſione exiſtens de facto turbetur: v. quę notantur *part.* 3. *th.* 2. Bald. in *l. obſervare*, §. *antequam*, *in fin. ff. de off. Proconſ. & leg.* (in fine vbi & alios allegat) Pancirol. *conſil.* 6. *nu.* 2. Marzarium *conſil.* 26. *num.* 5. Fab. de Anna *conſil.* 40. *num.* 10. Menoch. *conſil.* 257. *nu.* 55. *lib.* 3. & *conſil.* 902. *num.* 77. *lib.* 10. v. Nolden plenè *cap.* 13. *num.* 119. v. infr. *Euremat.* 2. Sic vt Ioannes Garſia *de expenſis & meliorat. cap.* 8. & Rebuff. *in l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod int. num.* 354. *gloſſ.* 1. Gratianus *lib.* 1. *diſcept. forenſium*, *cap.* 110. *num.* 20. Riccius *deciſ. Eccleſ.* 584. definiant, eum qui eâ occaſione turbantem occidit, pœna ordinaria haud plecti poſſe.

b arg. *dict. l.* 1. *Cod. Theodoſ. vt dignit. ord.* Guilielm. Benedict. in *cap. Raynutius, in verb. duas habens filias, nu.* 21. *de teſtam.* Parlador. 3. *part. diff.* 66. *v.* 2. *num.* 8. Secundum ſolemnem doctrinam Io. Fabri §. *aliam verò*, *Inſtit. de bonor. poſſeſſ.*

v. &

v. & Baldum *ad leg. obſervare*, §. *antequam, nu. 5. ff. de offic. Proconſ.* Iaſon *in l. ſi non ſortem*, §. *libertas, de condict. indeb.* Chaſſan. *Catal. glor. mundi, par. 1. conſil. 2. nu. 7.* vid. & Onciacum *de la preced. de la Nobl. pag. 67.* v. plenè Gratianum *d. cap. 110. à num. 22.* & Riccium *deciſ. Neapol. tit. 1. deciſ. 68.* Nolden, *de ſtatu Nobilit. cap. 13. num. 117.* Latè Corduben. in *l. ſi quis à liberis, in princ. num. 30. 31. 32. ff. de liber. agnoſc.* Gerard. *ſing. 33.* Gratianus *cap. 110. diſceptat. forenſ. num. 14. & 298. num. 11.* ¶ Neque obſtat *l. 13. §. 4. de injur.* vbi dicitur, non dari actionem injuriarum adverſus eum, qui non patitur alicui honorem decerni. Quia id verum eſt in honore decernendo nunc primùm alicui: nam ſi cùm in curiâ ageretur de honorando per ſtatuam fortè, viro de Repub. bene merito, quis ſententia ſua intercedat, non competit adverſus eum actio injuriarum. Aliud verò quando quis prohibet honorem præſtari ei, qui eſt in poſſeſſione illius. Et ita rectè diſtinguit Cordub. *d. loco.* & Purpuratus in *l. 1. num. 93. ff. de iuriſdict.* Riccius, *tomo 1. deciſ. Neapol. 68. à num. 17. ad fin.* Etſi ſunt qui malint, per viam proteſtationis quémque ſibi hâc parte conſulere, *arg. l. vt perfectius, C. de annali except.* vel etiam Iudicis officium implorando Io. Faber in §. *aliam, Inſtit. de bon. poſſeſſ.* Iaſon in *l. ſi non ſort.* §. *libertas, ff. de condict. indeb.* v. & Gaillium *lib. 1. obſ. 21. num. 12.* per viam ſupplicationis & libelli Iudici oblati Bacquet *des droits de Inſtice, cap. 20. num. 15.* Gratianus *d. cap. 110. num. 22.* tandem & interdicto vti poſſidetis: de quo *mox*.

c Vti poſſidetis, vel vnde vi *cap. licet cauſam, 19. & ibid.* Baldus *num. 6.* & Felin. *cap. 1. de probat.* Vulgatùm eſt in iure quod in controverſiis præcedentiarum lite pendente manuteneri debeat qui tempore litis motæ reperitur poſſidere, vt pluries decidit Rota Romana. Coccinus *deciſ. 47.* Anna *allegat. 13.* vbi quod in præcedentiis vltimus ſtatus attenditur, plenè Regens Va-

lens *conſil.*18. *tom.*1. & latius Riccius *deciſ.* 132. *par.*1. & poſt hos Nouarius *deciſ.* 123. Faber in §. *retinendæ, Inſtit. de interdictis.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit.*3.§.4. *in princ. num.*14. *& tit.*6.§.4. *in princ. num.*1. Panorm. *cap. nobis, extr. de iure patron.* Rebuffus *in repet. l. vnic. Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Gloſſ.*1. *nu.*164. *& ſeq.* Petrus Gerardus de petra ſancta, *ſing.*33. *incip. nobiles.* Purpur. *conſil.*540. *nu.*19. Gratianus *deciſ.*298. *nu.*11. Riccius *tom.* 1. *deciſ. Neapolit.*68. *num.*19. & latè Dionyſius Pontanus in *conſuet. Bleſenſ. art.*5. *in gloſſ. Nobilium.* Choppinus *lib.* 3. *de domanio, tit.*19. *num.* 15. Pour droits honorifiques on peut former complainte. v. Bacquet *des Iuſtices, cap.*20. *per totum.* & *nominat. num.*7.8.9. v. & Brodæum ad Louetium *lit. E. num.*9. Et hæc ſi de ſede & loco agatur in Eccleſiâ, quam patroni & fundatores iure vindicant. *Aliive,* ideò Franc. Marc. *deciſ.*275. quem ſequitur Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.*15. *quæſt.*7. *nu.*45. definiunt, pro ſedibus & area quam quis habet in Eccleſia competere remedium recuperandæ poſſeſ. ¶ Secus in aliis honorariis quæ procedunt à bonis moribus tantùm, puta ſi quis velit prius offerre, aut pacem habere in Eccleſia: in his enim non datur interdictum. Io. Faber in §. *aliam verò Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* Chaſſan. & alij auctores *prædictis locis.* In quam rem Arreſtum laudat Brodæus *d. loco.* Deciſum ſanè in Rota Calaguritana præeminentiæ, 26. Iunij 1590. dari mandatum de manutenendo in poſſeſſione ſedendi in altiori ſeu digniori loco in Eccleſiâ, & ante alios offerendi primitias, & recipiendi pacem refert Gratianus *deciſ. forenſ. cap.*210. *num.*40.

d Neque obſtantibus his quæ nonnulli exſcribunt ex Cominæo, Pancirolo, & Riccio (quare præpoſteræ pluſquam ambitionis eſt, vbi humilitatis obtentu de humiliori loco contenditur in pomparum ſolennibus, quod Salmanticæ in exequiis Margarethæ Hiſpaniæ Regi-

Reginæ inter Capucinos & Ieſuitas eveniſſe memorat Salgado *de Regia protectione*, *part.2. cap.9. num.*42. vbi tandem pervicit Capucinorum intentio, qui digni iudicari infimiore & humiliore loco, humilitatis majoris ratione.

e Ruginel. *de appellat.*§.2.*cap.*3.*nu.*698. *verſ.vigeſimus ſeptimus*: & *nu.*699. Scaccia *de appell.quæſt.*17. *limit.*6. *memb.* 2. *num.*37.38. Gratianus *deciſ.Marchiæ* 232. qui in id allegat conſtitutionem Gregorij XIII.

f Duo exempla elegantia memorantur, Prius Athenienſium: inter quos & Arcades Lacedæmonios vide Caſaub. *in Polyb. p.*26. cùm contentio incidiſſet, vtra gens priore loco pugnaret ad Plateas contra Perſas, Athenienſes in illo communi patriæ periculo cedere maluêre: *Vbicunque*, inquiebant, *collocati fuerimus, fortes nos præbebimus*. Alterum Ducis Vlrici Wirtembergici, qui diſputatione in conventu Principum morâ in has prorupiſſe voces dicitur, *Vel poſt fornacem me collocate*, *dummodo id, cuius gratia convenimus, efficiamus*: Dauth. *de teſtam.fol.*7. Burck, *in Regentenſpigel fol.*109.

g Arg. *l.*1. *in princ. ff. de poſtul.* & *l.obſervandum* 19. *de off. Præſidis*: non etiam *d.l.obſervare*, §.*antequam*. Huc pertinebat etiam olim magiſtratus imminuti, & majeſtatis non vindicatæ actio; de quâ Diodorus Siculus *lib.*

h Refert Plutarchus, Arſacen Legatum ſuum occidiſſe, quod Syllæ ceſſerat; de quo & ſimilibus videndi, qui de *Legatis* ſcripſerunt.

i *cap.fin.* vbi Abbas *de tranſact.* Menoch. *conſil.*23.*nu.*107. *& ſeq.vol.*1. Alciatus *conſil.*16.*num.*4. Ripa *conſil.*27. Riccius *tomo* 1.*deciſ.Neapol.*68.*num.*3.

V.

Romana [a] certè *Iuriſprudentia* ob eas quas dixi cauſas, & in hanc quoque partem ſæpè

diligenter cavit; *Ne dignitatum* videlicet *ordo turbaretur* : Iuſque adeò civile huic civilitati proſpexit: neque minùs Chriſtianorum Principum conſtitutiones, vt & Pontificij [b] iuris decreta. Quo etiam argumento liquet, hanc diſquiſitionem à ſtudio [c] juris haud alienam: Quinimo dicere auſim, neque plura, neque certiora hanc ad rem principia aliunde peti poſſe.

a Hinc ſcilicet tituli in vtroque Codice, Theodoſ. & Iuſtin. *vt dignitatum ordo ſervetur.* Hinc titulus Digeſtorum *de albo ſcribendo* : Hinc lex Papia *de ordine rogandarum ſententiarum*, de qua vide quoque Langlæum. Hinc Valentiniani ſenioris conſtitutio prolixa & expreſſa hac de re A.D.372. cuius mentio quoque fit *l. 2. Cod.Theod. vt dignitatum ordo* : imò cuius quinque ἀποσπασμάτια ſeu particulę ſuperſunt eodem Codice Theodoſiano: *puta l.1. de Præfect. Prætor. l.1. de Quæſtorib. l.vnic.de Magiſtr.ſcrin. l.1. de Comitibus rei mil. l.4. de honorar. codicillis.* Hinc Novella Valentiniani III. *de honoratis & quis in gradu præferatur.* Eodem pertinent quamplurimę aliæ leges, putà *lex 1. ff.de Senatorib. lex 1.2.Cod.de off. Præf.Prætor. lex quiſquis,in fin. cum gloſſ. Cod.de poſtulando. Lex Conſulta. C.de teſtam. Lex 1. C.de Conſulib. Lex 1.C.de Præpoſ.ſacri cubiculi. Lex 1.C.de Comitib.& Archiatris. Lex 13.C.de proxim.Sacror.ſcrin. Lex 10. C.de profeſſor. Lex 15.C.de iure immunit.* Imò totus penè liber ſextus Cod. Theod. in hoc argumento occupatus eſt. Vide & Theodoſianam conſtitutionem apud Symmachum de veteri ſententiarum dicendarum forma. Eodem pertinet & Novella *Iuſtin.7 in cap.2.* La-

tina

tina quæ apud Iulianum *eſt* 56. *cap.*2. Et fuit hæc quondam Senatorij officij pars, ſcire, quo ordine ſententiæ eſſent perrogandæ, v.Gellium *lib.*4.*cap.*10.

b Canoniſtæ quoque videndi *in cap.clerici,ext de iudiciis.* Sed & Ius Canonicum, *can.ſolitæ,de maior.& obed. can.vt debitus, de appellat. c.ex ore, de priuil.* ordinum gradus & dignitatum obſervandos conſtituit.

c Quicquid contra ſcribat Speronius *p.* 8. Sanè ideò Iuriſconſulti proprium munus eſt *de Præcedentia* reſpondere.

VI.

Naturalis porrò ordo [a] ſeu præcedentia, quæ ſcilicet in ordine naturæ ex reverentia & verecundia quadam nonnullis perſonis debetur, veluti parentibus [b], aut ætati [c] maiori, vel etiam virtutum meritis [d]: Item ea, quæ per ſe ſatis manifeſta eſt: quæ videlicet in ordine civili majoritati, id eſt, eminentioribus in confeſſo dignitatibus, ordinibus & profeſſionibus debetur, huiuſce Diatribæ noſtræ argumentum non erit: Nam vt prius illud ab hoc præcedentiæ iure regulariter alienum eſt; ita iſtud infinitæ eſt operæ, & hiſtoricæ collectionis magis. Civilem igitur tantùm, eamque controverſam & dubitabilem, ſive inter collegas ſeu pares conſortio honoris & poteſtatis, (vt loquitur Cyprianus) id eſt pares aut dignitate aut profeſſione, ſive inter diverſos, proſequi nunc animus eſt.

a Meminit Quintilianus *lib.9.cap.4.pag.541.*

b v.*infr.th.14. cap.3. de extrinſecis.* Huc pertinet exemplum Coriolani qui ad occurſum matris τὰ τῆς ἀρχῆς παράσημα ſecures & faſces deponi iuſſit, teſte Dionyſio *lib.8. pag.516. & 523.* mox & ſellam humi locari, *ibidem.*

c v.*d.th.14.*

d v.*d.th.14.*

v. quæ dicam mox *parte* 1.*theſi* 10. *lit.b. & th.*14. *&* 21.

VII.

Superioritatis ſeu ***Dominationis*** interim jus ab hoc præcedentiæ ſeu προεδρίας jure ſedulò diſtinguendum venit, quod ordinem tantùm, eumque civilem, in Republ. tutandum ſpectat. Quæ duo alioquin de more humani ingenij, de facili, temporis proceſſu, commutantur, ſic vt princeps locus in dominatum præceps ſæpe migret.

Vide titulum *extr. de maioritate & obedientia.* Argumentum quoque aliquod ex Proculo Iuriſconſulto *l.7. §.1. ff. de captivis.* v. & quæ Menochius ſcribit 1.*de arbitr.*100. *num.*19.20. Exemplum in Nobilibus, qui per pagos. v. Loiſeau *des Seigneuries, cap.*11. *num.*46.47.48. Et in Epiſcopo Rom. de quo poſt alios accuratiſſimè Chamierus *tomo* 2.*Panſtratiæ lib.*11.*cap.*15. *à nu.*22.*ad* 28.

VIII.

Neque Orbem Chriſtianum in hac Diatriba egrediemur: neque cœlum temerario auſu con-

ſu conſcendemus, ad perveſtigandam videlicet Hierarchiam cœleſtem; Non Eccleſiaſticos ordines[a] ſingulos permeabimus: Non inanes Rerum inter ſe prærogativas comparabimus. Non in vmbraticas quæſtiones excurremus, vtrum Doctor Iuris Civilis[b] præferendus ſit Doctori Iuris Canonici: an Iuriſconſultus, Medico: Miles Nobili, Doctor[c] Militi: In quibus omnibus Chaſſanæus prolixè verſatur. Non denique quæſtioni ſubjiciemus, vtrum Papa[d] Imperatori vel Regibus præferatur; Epiſcopus Principi.

a Omnium Scriptorum calamo celebratæ veteres controverſiæ de præcedentia inter Epiſcopum Romanum & Conſtantinopolitanum. Item inter Archiepiſcopum Moguntinum & Colonienſem: de qua Albertus Argent. *fol.* 116. *tom.* 2. Vrſtiſius, Cuſpinianus in *Henrico VII. fol.* 363. neque ſemel, ſed iterum: de quo Aventinus *lib.* 7. *Annal. Boior. fol.* 588. vid. & Dubravium *lib* 22. *Hiſtor. Bohem. pag.* 212. Item inter Epiſcopum Colonienſem & Abbatem Fuldenſem tempore Henrici III. Abbate obtendente eam rationem, quòd perpetuus Imperatricis Cancellarius eſſet, vbi inter eos poſt verba deventum eſt ad verbera, totaque Eccleſia cruore repleta. Nauclerus *vol.* 2. *generat.* 36. *fol.* 764. Spangenberg in *Chron. Mansfeld. cap.* 223. Item tempore Friderici: de quo Crantzius *lib.* 6. *Sax. cap.* 46. M. Cruſius *lib.* 11. *pag.* 2. *cap.* 14. Wolphius *lect. memorab. cent.* 16. *fol.* 973. Munſter. *lib.* 3. *coſmog cap.* 79. & Nic. Serar. *rerum Mogunt lib.* 8. *in Archiepiſc.* 22. *pag.* 743. Celebrata item contro-

Digitized by Google

uerſia inter Epiſcopum Eichſtettenſem & Wormatienſem, de qua Rebdorff. *a.* 1279. Celebrata item inter Lugdunenſem, Bituricenſem, Rothomagenſem Epiſcopos ſub Franciſco primo; de qua Rupanus *des Parlemens de France lib.7. cap. du rang des Primats de France* 13.

b de hac quæſtione v. Oſtermanni *diſput.* 2. *paratitl. Iuris Canonici p.*23.24.

c Extant alioquin peculiares tractatus *de præcedentia militis & Doctoris*, Chriſtophori Lanfranchini, Signoroli de Homodeis, Auguſtini Sueſſani: vide & ſingularia Pauli Fuſci *verbo Arma.* Iudicium Valentiniani apud Themiſtium ἐν ἴσῃ προεδρεία τοῖς στρατηγοῦσι οἱ φιλοσοφοῦντες. v. Freherum *in Petrum de Andlo pag.*198.202.

d Interim omittere non poſſum, quod Iodocus Ludov. Decius *lib.*3. de Sigiſmundi Reg. Polon. tempor. narrat, de Legatis Maximiliani I. Cæſ. & Iulij II. Pontificis de Sigiſmundum R. Cracoviam miſſis: *Dum Pontificii, inquit, atque Maximiliani Oratores in D. Virginis æde convenisſent, Pontificis Legatus per Vitum* (Cæſ. Legatum) *primo loco pulſus eſt. Dum poſtea de hac re argueretur, Romano Cæſari primùm honorem deberi, ſed & Piſonem non Pontificis Legatum plenâ poteſtate agere, ſed ſimplicem Nuncium reſpondit.*

IX.

Tribus ergo capitibus hoc argumentum omne abſolvemus. Primo capite *Titulos* ſeu *cauſas*, & *fundamenta*, quibus præcedentia innititur & probatur, ſpeciatim expendemus. Secundò *Notas* ſeu *ſpecies honoris* deſcribemus, quas alij gradus ſeu caſus præferentiarum vocant; in quibus præcedentiæ jus con-

ſiſtat. Poſtremò *Eurematica*, ſeu *cautelas* & modos decidendarum vel eludendarum controverſiarum de præcedentia apponemus.

PARS PRIMA

De TITVLIS Præcedentiæ.

CAPVT PRIMVM.

De Subſtantia *dignitatis*, *&* Statu *Reipubl. præſente ſpectando, in controverſiis de Præcedentia.*

I.

RADICALIS *vis*, ſeu *Quidditas* præcedentiæ pendet potiſſimùm, 1 ex *Subſtantia dignitatis*, 2 ex notoriâ *Maioritate* dignitatis, de quo vti dixi non erit nobis hîc ſermo, 3 & ex *Statu* Reipubl. præſente. 1. *Subſtantia*, ſeu ſpecies dignitatis, ipſumque politeuma ſpectandum eſt, vbi de tuenda ſeu retinenda priſtina præcedentiâ agitur. Nempe quæſita [a] iam olim

beneque ſemel fundata [b] & conſtituta præcedentia, quandiu ſubſtantia ipſa dignitatis ſeu eadem cauſa, idemque ius manet, perpetua & immutabilis permanet, eiuſque æterna auctoritas eſt. Neque attendenda venit in controverſiis de præcedentiâ momentanea præſentis ſeu inſequuti temporis potentiæ maioris acceſſio, alteri facta. Vti contra [c], ſi ſubſtantia dignitatis immutata fuerit, ſive quia regradatus quis, ſive quia in altiorem locum ſublimatus eſt, ius ſanè tum præcedentiæ quoq; priſtinum immutatur, & innovatur.

a Argumentum in textu *l.123.§.1. ff de regul.iur.Temporaria permutatio ius provinciæ non innovat.* Et in *can. legimus* 24. *diſtinct.93.* Ad hoc principium v. & Symmachum *lib* 10. *epiſt* 21. Albericum de Roſate, *ad leg.2. ff.de albo ſcribendo:* Hotomannum *conſil.*115. Langlæum 7.*Semeſt.* 9.*pag.*467.468. Maynardum *lib.*1.*cap.*73.*pag.*37. Loiſeau *des offices, lib.*1.*cap.*7. *num.*81. Præcedentiæ ius ſemel quæſitum & conſtitutum perpetuum & immutabile eſt, quandiu videl. ſubſtantia dignitatis durat. Alioquin in momenta periclitabitur omnium Principum præcedentia, neque vnquam ſolidâ ſede ea conſiſtet: denique inſtabile ſemper præcedentiæ ius mihi facies, & fortunæ ludibrio expoſitum: Quandoquidem cum nullo ita comparatum eſt, vt non dignitatum & regnorum peculia in perpetuo fluxu ſint, creſcant decreſcantque; de quo v. Speronium *pag.*49.50.51.52.53. 54.55.56. Atquin præcedentiæ jus ſubſtantiæ ipſi dignitatis cohæret: de quo plenius *infr.* vbi de *potentia* agetur,

tur, *th.*19. ſic, vt dignitas non pereat vnà cum temporis injuria, ſeu fato, vt loquuntur: de quo v. Carpzovium *de capitulat cap.*13. *num.*21. ¶ Neque movet, quod contra audio, præſentis temporis non præteriti rationem habendam, *argum.l.ſi cognatis* 19. *ff.de reb.dub.& l.*1.*§.item Mummio* 11. *ff. de quæſtionibus.* Neque rurſum movet, quod ex Bartolo & aliis in *l.ex facto, in princ. ff.de vulgari* tradunt, in ejuſmodi caſibus reſpiciendum eſſe præſens tempus, in quibus Valdeſius *de dignitate Hiſpaniæ, cap* 3. *num.*14. *& cap.*11.*num.*9. Neque illud *ex facto ſumi jus*, Ergo facto mutato ius quoque mutari oportere, quod Beſoldus voluit *de præcedentia, pag.*133. Neque illud eiuſdem Valdeſij *d. c. & num.*9. cùm agitur de aliqua qualitate quæ requiritur, eam adeſſe debere tempore quo lis agitur & pronuntiatur ſententia: Neque illud eiuſdem *d.num.* 14. poſſeſſionem mutari ex novo jure poſſidendi, quia mutata cauſa poſſidendi & titulo non eadem poſſeſſio ſit, ſed nova. Verè enim hæc dicuntur omnia, vbi mutatio ſubſtantiam afficit, tum enim jus provinciæ & poſſeſſionis, & factum, & præcedentiam innovari fateor; non etiam, vbi accidentalia tantùm immutantur; vt in *ſp.l.in delictis* 4. *§ ſi extraneus, de noxal.act.l.miles* 2. *de teſt. mil.* (Et ita accipienda eſt Bartoli doctrina ad *l.ex facto* 43. *ff.de vulgari.*) Non etiam vbi temporaria mutatio quantitatis τοῦ ποσοῦ fit: Plus minus ſcilicet, in eadem dignitate non eſt ſpectandum: v. Oncianum *de la preced.de la Nobl.pag.*170.171. Et ſic ruunt varij Hiſpanorum hac parte conatus. Denique quamdiu dignitatis ſubſtantia retinetur, tamdiu & jus præcedentiæ quoque olim quæſitum durat.

b Inter initia aliàs ſæpe præcedentia quodammodo fluctuat, ſic vt in nullo firmiter conſiſtat: quod de Electoribus pleriſque ante Bullam Caroli IV. nonnulli notant. Vide Arumæum *in cap.*4. *aureæ bullæ, th.*14. *pag.* 13. &c.

c Atenim mutata dignitate, iam & ipſa præcedentia innovatur: veluti ſi de Conſule Rhetor quis factus fuerit, de Rege ludimagiſter: Quò etiam pertinent quæ ex Poëtis exſcribunt plerique de vrbium & Provinciarum immutatione in pulverem & vmbram redactarum. ¶ Vice verſa quoque ſi ſuperior dignitas alicui quæſita fuerit, jam tum præcedentiæ & ſeſſionis ius mutatur. Exemplum ponitur in Rege Bohemiæ, cui olim Principi tantùm inter ſeculares Electores, noviſſimus locus tribuebatur: vt docet Krantzius *lib.* 4. *Saxoniæ, cap.* 28. quod confirmatur Speculi Saxonici *lib.* 3. *art.* 57. Hodie verò ex Regiæ dignitatis faſtigio primus. Vide Auream Bullam Caroli IV. *cap.* 4. vbi ratio expreſsè additur: de quo tamen vide quæ ſcribit prolixius Goldaſtus *commentar. de regno Bohemiæ lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. *pag.* 295. Exemplum quoque nuperum in Archiepiſcopo Pariſienſi, dari poſſit. Imo vetus exemplum in Epiſcopo Byzantino, ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum ſubvecto, ſubmotis in inferiorem locum Alexandrino & Antiocheno *can.* 3. *Concilij Conſtantinop.* Exemplum & in Præfectis Prætorio, quorum ab initio Aulicæ tantum diſciplinæ Præfectorum, in immenſum poſtea dignitas augeri meruit, *l. vnic. ff. de offic. Præfect. Prætor.* Videatur & Zoſimus, & tituli Codicis nonnulli, & Libellus pro Profeſſoribus Tholoſanis *pag.* 97. 98.

II.

Maioritas (vt loquuntur) confeſſata, i. major notoriè dignitas vel potior locus cùm apertus ſit præcedentiæ titulus, qui ſcilicet ex manifeſto publiceque conſtituto ſeu recepto dignitatum ordine, ſive inter pares, ſive inter impares naſcitur; veluti cùm Imperator a recepto

cepto

cepto, omnibuſque conſueto Iure Regibus aliis præfertur[a]; de quo (vt iam in protheoriâ monui *num.6.*) non eſt hæc Diatriba. Nihilominùs tres hâc occaſione controverſiæ ſeu nobiles quæſtiones occurrunt. Prima, vtrum ELECTIO *in concordia* (vti loquuntur) vel à maiore ſaltem parte facta & evectio ſola ad maiorem dignitatem, ilicò præcedentiam adſignet, id eſt ſtatim vt Rex aut Imperator quis electus eſt: an verò expectanda ſit coronatio ſeu ingauguratio[b], vel etiam Papalis[c], ſi Deo placet, confirmatio? Nos ſolam electionem omnimodis ſufficere aſſerimus: ſic vt exinde tanquam ex vi radicali & poteſtas & privilegia cætera & præcedentia adquirantur: & contrariam ſententiam, de confirmatione Papali, quaſi ante eam Rex Romanorum (id eſt electus in Imperatorem) gladium ceu *in vaginâ reconditum* habeat, quam Pontifex demùm educat, vel etiam ſerram, quæ à Papa trahatur, cum Corneo *(vol.1.conſil.177.num.15.)* ridiculam affirmamus.

a v. Chaſſanæum *par.5. conſid.* 27. Quettam *conſil.*1. & Beſoldum, *de præcedentia, pag.*128.129.

b v. Cujac. *obſervat. Iuris, lib.*17.*cap.*xx.

c Textus *in can. legimus* 24. (& ibi gloſſa verbo *Impera-*

Digitized by Google

torem) diſtinct.93. v. Chaſſanæum *part.5. conſid.19.* P. de Andlo *de Rom.Imp lib.2. cap.5.* Georgij Sigiſmundi Seld *conſiderat.ad Ferdinandum pag.35.36.* Hieronymum Balbum Epiſc.Gurcenſem *ad Carolum V. Imperatorem de coronat. pag.35. quæſt.expreſſâ*, an *ex ſolâ electione plenum jus Imper. conſequatur.* Speculum Saxon. *lib.1. art.52.* & ibi gloſſ. *Vetus Germanica :* Vide & egregiam Cancellarij Bavarici Ludovici IV. defenſionem,*pag.121.122.& ſeqq.* Rodolph.de Sabloneta,*de poteſtate principis abſoluta,cap. 2. num.6.* Vide & nonnulla in *tract.de Regis Rom electione Zollneri, num.10.* Vide & omnino Lupoldum de Bebenburg *de juribus Regni,cap.5.6.7.8.9.* imo & *toto opere* vide pleniſſimè A.Golerum *de jure Imp.Germanici, num. 10.* Azorium *tomo 2. Inſtit.Moral. lib.10. cap.6.§.2.& ſeq.* Carpzovium doctiſſimè ac prolixè de hoc diſſerentem *tract.de Capitulat.Cæſarea, cap.22. num.22. pag.60.61.62.63.* & Everhardum etiam *in loco à vi ſubrog.nu.19.* ¶ Nota eſt alioquin vetus illa diſputatio inter Fridericum Imperat.& Alexandrum Papam,apud *Othonem Friſing.Radevicum, Ligurinum*, quæ etiam multarum civitatum excidio conſtitit, cùm Alexander dixiſſet, *Imperium Imperatorem tenere in beneficium à Papa :* etſi poſteà id Papa interpretatione lenire adniſus, quaſi *beneficium* pro bono facto, non pro feudo intellexiſſet. Cardinalis Cuſani quoque locus inſignis *lib.3. de concord. Cath. cap.4. Electores*, inquit, *qui communi conſenſu omnium Alemannorum & aliorum, qui Imperio ſubjecti erant, tempore Henrici II. conſtituti ſunt, RADICALEM vim habent ab ipſo omnium conſenſu, qui ſibi NATVRALI iure Imperatorem conſtituere poterant, non ab ipſo Pontif.Rom.in cuius poteſtate non eſt dare cuicunque provinciæ per mundum Regem vel Imperatorem ipſâ non conſentiente : ſed concurrebat ad hoc conſenſus ipſius Gregorij V. tanquam unius Pontificis Romani,qui iuxta gradum ſuum in conſentiendo in communem Imperatorem intereſſe habet.* ¶ Nota eſt rurſum conten-

contentio ſuper hac re inter Carolum V. electum Imperatorem Romanorum, & inter Franciſcum Regem Franciæ ad Portum Iccij (quod nunc *Caletum* dicitur) menſe Septembri A. D. 1521. quam Chaſſanæus pluribus exequitur. Et de eadem v. *les lettres d'vn François, pag.* 10. 11. & Arumæum in *cap.* 5. *aurea bulla pag.* 193. Antonium Quettam *conſil.* 1. Sed & inſignis eſt conſtitutio Ludovici IV. Imperat. Bavari Coloniæ promulgata, A. D. 1338. in qua lis illa (ante quadringentos annos inter Fridericum I. Imperat. & Hadrianum IV. Papam) communi Imperij procerum voto definita, & tandem ſub pœna criminis læſæ Majeſtatis, privationis Feudi, Dignitatum & privilegiorum aliorum omnium ſeverè mandatum fuit, *Ne quis Imperium à Papa, vel ei ſuppoſitum arbitretur.* Cujus conſtitutionis tenorem refert Albericus de Roſate, *ad legem bene à Zenone* 3. *C. de quadrag. ann. præſcript.* quem vide, & Hieronymus Balbus *lib. de coronat. pag.* 39. 40. Nauclerus *vol.* 2. *chronogr. gent.* 44. 4. Sed & cùm Clemens VI. Pontifex poſtularet, ne Ludovicus V. Imperat. ante coronationem titulo Imperatorio vteretur, PARISIENSIS & Bononienſis Academiæ hoc poſtulatum Pontificis iniquum judicaverunt, vt Aventinus ſcribit *lib.* 7 *Annal.* Apage igitur illud Innocentij, qui curaverat Lotharium Imper. ad pedes ſuos proſtratum pingi, adſcriptis his jam notiſſimis verſibus:

Rex venit ante fores, jurans prius vrbis honores,
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

c Pariter confirmat id apertè Aurea Bulla Caroli IV. *tit.* 2. §. *vlt.* Peracta videlicet ſtatim Electione, Regem Romanorum tum alia Imperij negotia adminiſtrare, tum & privilegia quoque largiri poſſe. Sic Henricum I. aucupem: ſic Carolum V. Papa invito Impp. factos ſcimus: quorum hic decennio demum poſt electionem à Papa coronatus. Sic Rudolphum I. & Maxi-

Digitized by Google

milianum I. & II. quorum hic dicebat, *quia me veſtigia terrent.* Ferdinandum I. Rudolphum II. & Matthiam Imperat. hanc coronationem neglexiſſe, & ſtatim legitimè expedita electione plenum jus obtinuiſſe notorium eſt: vide Paciani *lib.2. de probat. cap.35. num.32.*

7. Denique Ligurini illud eſt:

> *ſacrare coronam*
> *Pontifici jus eſt, vt vero nomine poſſit*
> *Non dator Imperij, ſed confirmator haberi.*

8. Simili modo etiam ex Pontificiis nonnulli Regum coronationem nihil aliud eſſe quam externas ceremonias, próque legitimis Regibus habendos eſſe perſuaſum habent, planéque nihil novum electo Imperatori per talem coronationem accedere, Imperatorémque ante coronationem verum Imperatorem eſſe, non minùs quàm legitimum & verum matrimonium cenſetur, etiam ſi ſolemnia nuptiarum non ſint celebrata.

9. Quia ſicut matrimonium mutuo conſenſu perficitur *l.30. ff. de R.I.* qui conſenſus ex affectione maritali & ſic animi deſtinatione æſtimatur, vt docet *l.31. de donation. l.penult. de concub. l.16. de his quæ vt indign.* ita mutuo conſenſu eligentium & electi acceptantis debet dici perfectum. Coronationis, autem vſus magis ad oſtentationem, quàm ad neceſſitatem vſurpatur: Marſill. Patauin. *cap.11. & 12. & 26. in defenſ.* vbi diſertè ait, diadematis impoſitionem Pontificis Romani non plus auctoritatis tribuere ſuper Romanum Principem quàm Remenſis Archiepiſcopi ſuper Regem Franciæ. Commiſſio quippe regni iam tranſlata certis ſymbolis inſignita dicitur inauguratio vel coronatio. Vnde apparet, coronationem hanc non eſſe cauſam, ſed adjunctum ſymbolum Regni tranſlati. Majeſtati namque ſacræ Imperatori per Imperium electione collatæ ineſt tanquam materiali viſibili, & declarat, & velut ſignum prædicans ad mirandam illam Majeſtatem, adhibetur:

hibetur: Neque ideò Rex eſt, quia coronatur; ſed coronatur, quia Rex eſt. 10. Quod etiam confirmat exemplum Maximiliani I. Imperat. qui cùm apud Ordines Imperij orationem haberet, coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minimè neceſſarium ſibi videri dixit, cùm Imperij Majeſtatem in ipſis Ordinibus ineſſe intelligeret, Bodin. *de Republ. 1. cap. 6.* ¶ Hanc ſententiam ſatis confidenter & peculiari quadam religione multi oppugnant, quorum numero ſunt Oldradus *conſil. 90. num. 7.* (in quem vide quæ ſcribit Balbus *lib. de coronat. pag.* 40.) Lancellot. *in templo omnium Iud. lib. 1. cap. 1. §. 1. quæſt. 5. per cap. venerabilem, extr. de electione.* Salicet. *in l. bene à Zenone 3. num. 7. C. de quadrien. præſcript.* & Bellarminus idque XXXII. Hiſtoricorum teſtimoniis, XII. Principum confeſſionibus, VII. Pontificum Roman. auctoritatibus approbauit. Auguſt. Viſcher *de Electione Imperat. num.* 196. Sigiſmundus Floremontanus *in acie ſua Politica, diſcurſ. de Monarch. Rom. cap. 2. num. 56. pag. 158.*

III.

SECVNDA circa confeſſatam & notoriam Majoritatem quæſtio eſt, vtrùm *ſucceſſio* ſola in defuncti locum, ſive jure hæreditario, ſive jure electionis, veluti novorum Electorum, Principum & Epiſcoporum, in præmortuorum locum ſucceſſio, ante petitam & impetratam à Cæſare inveſtituram in Comitiis Imperij vt jus ſuffragij, ita & ſeſſionis ſeu præcedentiæ tribuat? Id quod indubitanter aſſerimus.

Hæc quidem ſtatus controverſia mota fuit A.D.1608. in Comitiis Ratiſbonenſibus, Ioanni Friderico Duci Wirtembergico. Verùm contrariam ſententiam & textu Aureæ Bullæ *cap.7. in princ. & cap.20.* & rationibus invictis,& obſervantia Imperij rectè tuentur (contra Winzelium *de collectis,obſervat.2. num.7.* Buxtorfius *in Auream Bullam Caroli IV. theſi* 85. *litt.H.* vbi & Garziam Maſtrillam adducit *in deciſion.Sacri Conſilij Siciliæ, deciſ.*18.*per tot. pag.*1. & poſt cum Bernardus Bertramus *de Comitiis Imperij Romano Germanici membro* 1. *th.*4. Inueſtitura ſcilicet Imperialis hâc parte non eſt de ſubſtantia dignitatis, ſeu vim radicalem non continet,ſed tantùm confirmationem rei iam per ſe ſubſiſtentis & & vtilis, quæ vtique nil noui confert. Et rationes ſeu argumenta hæc inter alia adferuntur. Primò, ab exemplo vaſſalli, ad quem ſtatim vt in defuncti locum ſucceſſit, omnes fructus feudi pertinent, & cùm his honoris prærogatiua. Secundò,argumento connexorum; quia cùm Principatus ad eos ſtatim ſpectet, vtique & connexum, quod eſt ſeſſionis jus, pertinere oportet. Etſi Goldaſtus *comment.de regno Bohemiæ, lib* 3. *cap.6. num.*21. *pag.*309. ita diſtinguere malit, vtrum inueſtituram quis iam more ac tempore ſolito petierit, an verò nondum petierit: quaſi priore caſu debitam ordini ſuo dignitatem habeat, vtpote cùm per eum non ſtet, licet nondum actualiter inveſtitus ſit: aliàs vix admittendum, ſi inveſtituram petere neglexerit. In Regno Bohemiæ ſanè exertè Goldaſtus *lib.*3. *cap.*14. *num.*30. definit, Eum pro Rege non habendum, niſi priùs ab Imperatore ſive indultum acceperit, ſive inueſtituram, adductis quarundam Conſtitutionum verbis.

Digitized by Google

IV.

Spes nuda Majoritatis, ſeu maioris dignitatis, vel potioris loci & proceſſus olim capeſſendi, vel etiam expectantia ſeu ſpes ſucceſſionis, num præcedentiam inter pares dignitate ſeu titulo, veluti inter Reges, Duces, tribuat, non minùs vexata eſt quæſtio? Sanè, ſi ſpes maioritatis non de præſenti naturæ iure[a] radicata & formata ſit, præcedentiæ titulum inter pares ea non tribuit. Aliud fuerit, ſi ſpes hæc ſanguinis & ſuitatis[b] ſit, naturaliſque & legitimæ ſucceſſionis ex peculiari quâdam Regni lege: Item, ſi ſpes ſit potentiæ proxima, quæ in actum deduci poſſit arbitrio noſtro.

a Huc pertinet controverſia illa *de Rege Romanorum*, deſtinato Imperij ſucceſſore & electo in R. Alemanniæ, & in futurum Imper. (vt loquitur Monachus S.Iuſtinæ Paduanæ *lib.*1. *de reb. inſul.*) num ideò Chriſtianiſſimo Regi Franciæ ſit præferendus? Quæ quidem quæſtio A.D. 1533. in Comitiis mota fuit teſte Bellaio *lib.*4. *extremo.* ¶ Negativæ hæc fundamenta ſunt inter alia. I. Quòd nullum actuale regnum Rex Romanorum habeat, ſed ſubſidiarium tantùm, vicarium, adjutorium alieni Regni ſit eius Regnum: Abſentis enim vel impediti tantum Imperatoris vicem & locum ſuſtinet, vt ex quinque rationibus, Regis Roman. eligendi apparet; quas cumulat Antonius Colerus *de jure Imper. Germ.num.*8. Et ſuo nomine nullam poteſtatem habere

videatur in Imperio, *num.9.* vt proinde Imperatoris *Adjuvam* rectè dixeris. Vt non omninò errent qui Legato-Proconſulis hac ratione Regem Romanorum exæquant. Et huc etiam pertinent Capitulationes Imperatorum & Regum Romanorum: veluti Rudolphi electi R. Romanorum in vitâ parentis Maximiliani II. vbi pollicetur nuncupatis verbis, *Se in Imperij adminiſtratione nil vltrà auſurum, quàm quod ſibi ab Imper. conceſſum fuerit, neque Imperatori vllum impedimentum allaturum.* Huc conventio ſeu tranſactio ann. 1532. Schueinfurti cum Cæſare, vt non ſuo, ſed Cæſaris tantùm nomine adminiſtraret, neque & vlla fide tenerentur Imperij ordines. Hinc neque toto tempore quo Carolus V. Imperium tenuit, frater Ferdinandus R. Romanorum in adminiſtratione Reipubl. quid ſuo iure habuit, vt patet ex commiſſione à Carolo V. ex Germaniâ in Hiſpaniam abeunte relicta ann. 1556. quæ refertur à Goldaſto *tomo* 1. *conſtit. Imp. pag.* 577. & clariùs adhuc ex epiſtolâ ad Præſidem & Adſeſſores Cameræ Spirenſis, apud Goldaſtum *dicto loco pag.* 576. vide & Carpzovium *de Capitul. Caſ. cap.* 11. *num.* 45. Item, quòd Rex Romanor. Imperatorem Dominum ſuum vocet: & Majeſtatem ei tribuat in literis & diplomatis ſuis. ¶ Contrariæ ſententiæ (quam tuetur Anton. Quetta *conſil.* 1. aliiq; quos allegat Goldaſtus, *in ſeniore lib.* 1. *cap.* 16. *numer.* 8.) fundamenta hæc contra obtenduntur. 1. Argumentum Canonis *in nomine diſtinct.* 23 & Clementin. *de jureiurando.* 2. Item argumentum *l. vltim. ff. de acceptilat. & l. vlt. C. de indicta viduit.* 3. Argumentum à filio Regis. 4. Axioma illud apud Quettam *d. conſil.* 1. Quoties duo ſic ſe habent, quod de vno ad aliud pervenitur, in vno diſpoſitum cenſeri diſpoſitum in alio: ex tali enim cohærentia alterum alteriùs aſſumere naturam: (Adversùs quod alioquin axioma vide quæ ſcribit Chaſſanæus *part.* 5. *conſider.* 29. *ibi, octavo:*
arg.

arg. *cap. Diaconus, & cap. ſeq. diſtinct. 93. & l. conſulta diualia, C. de teſtamentis.*) 5. Rurſum quæ Gellius *lib.* 4. *cap.* 10. ſcribit, de Conſulibus deſignatis. 6. Item vnam eſſe Regis Romanorum perſonam, cum Imper. vnum idemque Tribunal cum eo habere. Sicuti dicitur vicarium facere idem Tribunal & conſiſtorium cum Epiſcopo, *cap. 2. de conſuetud. in 6. & cap. Romana, in princ. de appellat. in 6.* Et ideò digniorem & præferendum Canonicis, Chaſſan. *part. 4. conſid.* 50. vide Menochium *conſil.* 157. *num.* 26. 51. *num.* 23. 902. *num* 30. 42. Septimò, Regem Romanorum nihil differre ab Imper. niſi ambitu minoris circuli, ſicut Scapha differt à naui. Octauò, quòd R. Romanor. mandatum cum libera habere exiſtimetur. Nonò, quòd Imperat. adhuc viuo caput Imperij audiat. Decimò, quòd paſſim in diplomatis occurrant hæc, *Im namen ihrer Kaiſ. Maieſtat. vnd fur vns ſelbſt.* Item, *Vnſer vnd des Geiligen Reichs ſtatte.* Vndecimò, quod in Regem Romanor. ſtatim defuncto Imperat. ipſo iure Imperij poteſtas ac titulus tranſeat: Seldus *in conſid. ad Imperat. Ferdin.* Arum. *tomo* 1. *publ. jur. diſſ.* 4. & 5. Colerus *de jure Imp. Germ. ſect.* 8. Poſtremò, quòd in ordine Regum & Principum Chriſtianorum ſub Pontifice Iulio II. ann. 1504. Rex Romanorum poſt Imperatorem ſtatim ante Regem Franciæ ponatur. ¶ Contra regeritur 1. vt non ſunt duo vnius Imperij capita, non magis quàm vnius corporis, aut vnius Eccleſiæ duo Epiſcopi (ſic vt alternatiuè tantum non copulatiuè Imperij caput ſit Rex Romanorum) ita Majeſtatem Imperij realem, vt loquuntur, ac proinde Imperij dignitati cohærentem præcedentiam incommunicabiliter & indiviſè non niſi vnum ſuſtinere poſſe, cuius oſſibus inhæret. 2. Item, quòd Rex Romanorum alienam juriſdictionem habere, non principaliter demandatam videatur, de quo alia mox *theſi* 3. Et præjudicio etiam id juuatur, puta ſolemni

illo congreſſu Caroli IV. Imperat. & Caroli V. Regis Franciæ, & Wenceſlai Regis Romanorum Pariſiis A. D. 1378. Cuius acta edidit frater meus. 4. Quin huic ſententiæ ſubſcribunt Hiſpani aliquot & Ieſuitæ & Itali: Mariana Ieſuita *lib.* 15. *de rebus Hiſpan. cap.* 12. Surita *lib.* 20. *Annal. Arragon. cap.* 78. Thomas Campegius Epiſcopus Feltrenſis *de auctoritate Sacrorum Conciliorum cap.* 16. 5. Qui & ita in Concilio Tridentino obſervatum ait, nempe prius ibi recitatas Concilij mittendas Regi Franciæ, quàm alias ad Romanorum Regem. 6. Huc quoque arceſſi poteſt, quod expreſsè tradunt, Regi Chriſtianiſſimo proximam Imperatoriæ ante omnes alios Reges deberi ſedem. Thomas Campegius *de auctorit. ſacr. Concil. cap.* 16. Adriani *lib.* 17. *Hiſtoriæ ſuæ*: vide & quæ notantur *th.* 16. *lit. a, in fin.* 7. Item ea, quæ de R. Romanorum, quomodo nomine, ſigillo, gradu differat ab Imperatore ſcribit Arumæus *ad Auream Bullam, diſc.* 2. *th.* 21. Reinking. *de regim. ſecul. lib.* 1. *d.* 3. *cap.* 14. *nu.* 56. *& ſeqq.* Rumel. *aurea bullæ, diſc.* 1. *th.* 7. *diſc.* 2. *th.* 6. *pag* 3. 8. Tandem extraordinarium Regem Romanorum eſſe, non inter ordinarios certiſſimum eſt. ¶ Non abſimiles ab hoc de *Spe* tractatu ſunt obſervationes de Capitulo, quod ſpem habet vacante ſede Epiſcopo ſuccedere, de quo Chaſſanæus *part.* 4. *conſid.* 32. *vbi quartò.* Item illa, de Præpoſito, qui in Eccleſia Taurinenſi, Archidiacono præfertur, etſi Archidiaconus mortuo Epiſcopo gerat vices Epiſcopi: de quo ibidem Chaſſanæus. ¶ Huc etiam referri poteſt, quod notabitur infra (vbi de promotionis prioritate *th.* 18. *lit. c.*) de filio, in quem tranſlata viuo patre ſpes dignitatis, poſtponendo ei qui actu dignitatem eandem priùs gerere cœpit.

b v. Goldaſtum ſenior. *lib.* 1. *cap* 16. *nu.* 10. 11. Hac ratione, Delphinum Franciæ cæteris Franciæ Principibus (niſi & ipſi Reges ſint, vt factum in Ludouico II. R. Siciliæ, vt me-

vt memorat Tilletus *c. des Barons:* Et hoc niſi Reges illi officium aliquod in alieno regno gerant, de quo vide *d. cap.* 5. *& infr. lib.* 16. *&* 34.) aliiſque ſæpe de quo expreſsè Rupanus *lib. de Parlamentis* 7. *cap.* 4.5. præterri notorium eſt, & cæteris extra Franciam Principibus, quia ſpe ſuitatis ad ſucceſſionem Regiam proxima ac indubitata propriis jam radiis coruſcat: de quo vide (contra quàm ſentit Tilletus, *du rang des Grands de France*) Chaſſanæum *parte* 5. *conſid.* 41. & Goldaſtum *d. loco.* Vide & Englebrechtum *de ſucceſſ. in Elect. r. num.* 28. vbi de prærogatiua primogeniti in Repub. Iudæorum: qui citra vnctionem legitimus erat ſucceſſor, quippe particeps paternæ & auitæ vnctionis: niſi diſſenſio aut bellum exinde exiſteret. Rambam Ital. Mel. *cap.* 1. *verſ.* 9. Idem Ital. Kel ham. 1. 16. Idem in Imperio Conſtantinopolitano obſeruatum, vt docet Codinus *lib.* 2. *de off. palat. cap.* 2. & Cantacuzenus *lib.* 4. *cap.* 5. Scilicet vſque ad Alexium Comnenum Cæſar filius Imp. ſemper omnibus prælatus: Alexius enim Comnenus fratrem ſuum natu maiorem dignitate auctum cupiens, nouâ Sebaſtocratoris eum auxit & ſic Cæſari prætulit: Et idem Cæſar tamen ſi Deſpotæ nomine ornatus fuiſſet, & fratribus & generis Imperatoris præferebatur. ¶ Hac pariter ratione Principes Regij ſanguinis in Galliâ omnes alios præcedunt, quocunque titulo aut officio fungantur; ſic etiam vt ſuccedendi ordo inter hos ſeruetur: *ſelon leur degré de conſanguinité:* quam in rem eſt expreſſa Henrici III. conſtitutio in Comitiis Bleſenſibus, ann. 1576. Vide Thuanum *lib.* 27. *ann.* 1561. & *lib.* 63. & Goldaſtum *lib.* 1. *ſenioris cap.* 24. *num.* 4.5.6. Quare & inter Pares Franciæ, qui Regij ſanguinis ſunt, licèt poſteriùs in eum ordinem cooptati, aliis priùs cooptatis præferuntur. Exemplum in Mompenſerio, qui ſolemni placito Curiæ Pariſienſis, A. D. 1541. prælatus fuit Niuernenſi; ſic vt Mompenſerius roſas, quas

Pares Senatoribus Pariſienſibus offerre ſolent, obtulerit: de quo vide *lib.29. Hiſtoriæ*, quæ ſub *Belcarij* Epiſc. Metenſis nomine prodiit, & auctorem libelli qui inſcribitur Antiguiſard, *au premier tome des memoires de la Ligue pag.*573. (Et de facto tamen in ſacris Henrici II. ann. 1547. & Franciſci II. ann. 1559. Claudius Guiſanus priorem locum occupauit, quòd prior inter Pares numeratus fuiſſet. Sed & ann. 1561. Guiſanus filius eius ſe inter Navarræ Reg. & Mompenſerium interjecit: vt idem memorat *pag.* 962.) Ergo in Galliâ ex illa conſtitutione Henrici III. inter Principes ſanguinis nullo Dominiorum reſpectu, nullo Patriciatus antiquioris, nullo officij, ſed ſecundùm prærogativam ſanguinis præcedentia iudicatur. Adeò quidem, vt Cardinales Principes ſanguinis Regij præcedant alios Cardinales, cuius quique dignitatis ſint, ex eadem ſemper conſtitutione. Cùm tamen ante eam conſtitutionem aliter obſervaretur: quâ de re Rupanus *des Parlemens, lib.7. cap.12. du rang des Cardinaux, num.*4. Excepto ſi actus talis ſit, vbi officij ratio tantùm habeatur, & exerceatur: vid. Rupanum *des Parlemens de France, lib.7. cap. du rang des Princes du ſang,*5. *p.*508. De filio quoque Electoris an agnatum eiuſdem proſapiæ natu maiorem præcedere debeat, eundemque lineæ ſuæ caput, hoc eſt in regimine Principatus conſtitutum, v. Lehmannum *Chronici Spirenſis, lib.2. cap* 4. & Goldaſtum, *lib.1. Senioris cap.16. num.*7. ¶ In tantùm porrò ſpes hæc & expectantia ſucceſſionis attenditur in Galliâ inter Principes ſanguinis Regij, vt repræſentationi locus ſemper ſit, & ſic ex propiore ad ſpem ſucceſſionis lineâ natus aliis quantùmvis gradu vel ætate propioribus & familiæ ſuæ capitibus præferatur. De quo cùm anteà dubitatum fuiſſet, & extarent exempla in vtramque partem, quæ Tilletus *du rang des Grands de France, cap. des Barons & Pairs de France,* &c. *des Princes du*

du ſang; de quo *infr. th.*16. profert, res tandem ita definita fuit conſtitutione Henrici III. de *qua ſupr.* Idque ipſum obtinet etiam inter nudos Nobiles: de quo Rupanus *des Parlemens, lib* 7. *cap.*5. *pag.*508. Imò & filius ſecundò genitus Regis, vel frater Regis patruis ſuis præfertur ex prædicta conſtitutione R. Henrici III. cùm anteà patrui præferrentur ex conſtitutione Philippi Longi ann.1316. & exemplis comprobat Tilletus *des Barons & Pairs, fol* 343. & Rupanus *des Parlemens, lib.* 7. *cap. du rang des fils puiſnés & freres des Rois de France,* 6. *p.* 509. In Germania verò an & quando ſpes ſeu expectantia propter ſucceſſionis legitimæ inter eiuſdem familiæ, ſed diverſæ lineæ Principes attendatur, quando majoritas, id eſt ætatis prærogatiua, expreſſo opere diſquiſivit Goldaſtus, quod *Senior* ſiue *de Maioratu* inſcribitur: Videatur cùm primis eius *lib.*1. *cap.*15. *nu.*10. & *cap.*20. 21. 23. 24. & *lib.*3 *cap.*5. 6. 7. & alia vota aulica de præcedentia ſenioris in familia Saxonica: in his Matthæus Vackerus *à pag.*28. *ad* 36. de quo etiam *infr. th.*14. vide & Colerum *de jure Imper. Germ. num.* 69. Et hactenùs de duobus titulis veriſque radicibus præcedentiæ. Sequitur tertia.

V.

III. *Præſens forma*, politeuma, *ſeu ſtatus Reipubl. præſens*, καϑεστῶσα πολιτεία quæ hodienum durat, ſpectanda eſt, vt inde veteres cauſæ, merita & tituli præcedentiæ Principum & Rerumpublicarum arceſſantur: & hactenus antiquitati ſtandum; neque ad vetuſtiorem formam & ſtatum vltra aſſurgendum venit, vt inde tituli abſurdè petantur. Excipiendæ

tantum ſunt Vrbes [b], ſub eodem Principe conſtitutæ.

a De hac concluſione inter Iuriſconſultos veros convenit: Neque enim eadem eſt ciuitas regulariter,ſi Reipub. ſtatus mutatur, & forma ſi παρέκβασις vel μεταβολὴ aut μετάβασις fiat. Ariſtoteles *lib.*3. & maximè *lib.*5. *Politicor.* vide *l.proponebatur, ff.de iudiciis: & l.*24. *in fin. ꝟ. de legat.*1. Langlæum 5.*Semeſtr.*1. Quare hoc iam vnico principio in ſpongiam incumbunt inanes Hiſpanorum conatus fermè omnes, ac maximè Valdeſij de prærogatiua Hiſpaniæ, capitibus decem puta *cap.*1.2.3.5.6.7.8.9.10.11. Item Auguſtini Cranati, *in libro de la preſeance entre la France & l'Eſpagne, num.*1. *rat.*2. Camilli Borelli *de præſtantia Regis Catholici,cap.*4. Vaſquij *in præfat. illuſtr.contr.* qui præclara reſque geſtas veterum Hiſpanorum,iam inde à Tubale vel Tubalcaino (ſi Deo placet) vel etiam Gothorum inde ab Athanarico ſeu A.D. 371. item de fide Chriſtiana Catholica illibata, per quinque vetuſtiſſima tempora ad Regum Hiſpaniæ præcedentiam arceſſunt: Imò qui ſcribunt, inter Gallos & Hiſpanos diſceptationem hanc iam ante mille ſæculis cœptam: Valdeſius *proœmio num.*30. v. & quæ notantur *inf.th.*13. vbi de ordine literæ: *& th.*16.*lit.b.* vbi de antiquitate regni & reipubl. ¶ In eodem inanium cenſu,eodem veritatis ſtudio,reponimus ea omnia,quæ pro Galliæ Regibus congerit Chaſſanæus *part.*10. *conſid.*17. etſi auguſtiora,maiora & veriora de veteribus memoriis pro Gallis reponantur & reponi poſſent. ¶ Formam porrò & ſtatum Reipubl. eundem manere putandum eſt, vbi ſubſtantia eadem manet, quod pluribus principio ſupra commonſtratum: Eadem ſcilicet res eſt,cuius rei ſpecies eadem manet *d.l. proponebatur, per totum, & maximè ſub fin.* Ariſtoteles 4. *Metaphyſic.*9.*&* 10. *Metaphyſ.*3. ταὐτὰ λέγεται ὧν ἡ οὐσία μία

ἐὰν ἔτι ὁ λόγος τῆς πρώτης ὠσίας εἷς ᾖ. Quinimò formam & ſtatum Reipubl. eundem tum manere putamus, vbi rem ſuam & ſummam Reſpubl. ante libera ciui alicui ſuo regendam deinceps committit: *αἰτίου στάσεως, διὰ τὸ παρὰ μικρόν· ἐπὶ μὲν γὰρ ἐξαπατήσαντες τὸ πρῶτον, ἑκόντων μεταβάλλουσι τὴν πολιτείαν*, vt loquitur Ariſtoteles *lib.5. Politic.cap.4.* Sicque lege quadam Regia poteſtas populi ei & in eum transfertur, transfunditur priſtina, & vna cum poteſtate & vetus pariter majeſtas. Exemplum eſto in Republ. Romana, in principatum verſa: Illuſtre cumprimis exemplum in decantata illa Florentini & Ferrarienſis Ducum de præcedentia concertatione, multorum Iuriſconſultorum (Marzarij *conſil.* 26. Leonini *conſil.*. Modeſtini Piſtorij *conſil.*28. *vol.*1. Deciani *conſil.*19. *verſ.*3. Portij *vol.*2. *conſil.* 167. Gigæ *conſil.*20. Nattæ *vol.*3. *conſil.*637. *&* 638. Cravettæ *conſil.* 982.) & Hiſtoricorum ſcriptis celebrata; quos recenſet Knichen *de Saxonico non prouocandi jure ad verba, Ducum Saxoniæ, cap.*2. *num.*3. *& ſeq.* & Antonius Colerus *de jure Imp.Germanici,ſect.*65. Inter alios pro Duce Ferrariæ reſponderunt collegium Bononienſe & Paduanum, item Decianus *dicto vol.*3. *conſil.*19. Philippus Porcius *dicto conſil.*167. Natta *vol.*3.*d.conſil.*637.6 8. Federicus Scotus *conſil.*20. Pro Florentino vero Baptiſta Stratella (quem in id commendat Cavalcanus *deciſ.num.*26. *part.*2.) Marzarius *conſil.*26. Videndus & Thuanus *lib.* 32.*pag.*161.35.42. ac præſertim 44.*pag.*541. Hiſtoria Concilij Tridentini *pag.* 519. tranſlationis Gallicæ. In hac quippe controverſia Caroli V. decreto Florentino Duci præcedentia adjudicata fuit ante Ducem Aeſtinum ſeu Eſtenſem,ſeu Ferrarienſem,quamlibet Ferrarienſes Iuriſconſulti dicerent,Ducem Florentinum veterem Reipubl. Florentinæ præcedentiam (quam ipſi quidem faterentur) ſibi vindicare hodie non poſſe,vtpote qui novus Dux eſſet, neque Reſpublica Florenti-

na amplius ſtaret. Et vicit tamen Florentinus: etſi novus Dux eſſet, quod hîc non ſpectandum eſſe oſtendemus *th.*16 *lit.d.* Subrogatum enim hoc caſu ſapit naturam eius cui ſubrogatum eſt cum qualitatibus & priuilegiis ſuis, etſi ſubrogatum ſit alterius naturæ. Vide Angelum *de Peruſ.conſil.*54. *num.*7.& 8. & Everhardum *in Topicis, in loco à vi ſubrogatorum, num.*2.12. Rodolphinum de Sabloneta *de dignitate Ducum Italiæ, num.*120. Hartmannum Piſtoris *conſil.*51. A.Colerum *ſiſt* 67.*num.* 1. Neque ideò novus ſemper ſtatus dicendus eſt hac parte, etſi de populari mutetur in Monarchicum; quo tamen argumento vel potiſſimum nitebantur Iuriſconſulti, qui pro Ferrarienſi cenſebant: vide Decianum 3.*conſil.*19. Nattam *dict.conſil.*638. Cephalum 65. vide Albericum Gentilem *de vnione Regnorum Britanniæ pag.*88.89. ¶ Multo minùs vnio plurium Regnorum ſub vnum & novum nomen inducit novam Reipubl.formam. Hæc permutatio jus provinciæ non innovat *l.*123. §.1. *de regul.iur.* Etſi aliter indicare viſi aliquando Status Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ regna ſub vno Magnæ Britanniæ nomine vnirentur: de quo vide Albericum Gentilem *dict.diſputatione de Vnione Magna Britanniæ, fol.*87. & Matthæum, *in Hiſtoria Franciæ, lib.*7. *narrat* 1. *num.*13.§.3. Nempe hac vnione non fit novum regnum: Idem enim ſtatus eſt, eadem poteſtas, eadem ſubſtantialia & formalia, & ſubrogatio alius nominis non facit ut res alia videatur; quam ad rem vide plura apud Albericum Gentilem *dicto loco:* vid.& Ariſtotel.3 *polit.* Non amittuntur iura & præeminentiæ rei unitæ, quin ſemper illa retinet, unà cum omnibus privilegiis, *Gloſſ. in cap.*8. *temporis* 16. *quæſt.*1. & in Clem. *per literas, de præb.* Rebuffus *de vnione, num.*15. *& de vicar.perp.num.*3. Mandoſ. *reg.*12. *quæſt.*1. *num.*4. cum aliis per Garz. *de benefic. part.*12.*cap.*2.*num.*37.*&* 38. vide plura apud Gratian. *deciſ.forenſ.cap.*845.*num.*13.14.

b v.

b v. exempla *infr. th.* 13 *&* 30. Hinc vrbium de antiquitate certamen: quò pertinet *l.* 1. *ꝟ. de cenſibus*, de quo multa Dio Pruſenſis, & Ariſtides. Hinc & vetus ordo ciuitatum ſeruatus poſt ruinam Imperij Romani. Hinc ſunt etiam qui Ducem Burgundiæ ideo primum Franciæ Parem factum credunt, eo quòd Burgundia olim regnum fuerit. Vide Speronium, *p.* 41.

CAPVT SECVNDVM.

De Præivdiciis, *ex quibus controverſia de præcedentia definiri poſſunt.*

VI.

PRæiudiciis nonnullis jus præcedentiæ rectiſſimè, certiſſimeque fundatur; quæ & ipſa non vnius generis ſunt. 1. *Literæ* Principis ſeu privilegium: 2. *Res iudicata*, 3. *Conſuetudo* & *Præſcriptio*, 4. *Veterum teſtimonia* & Auctoritates, 5. *Ordo literæ*, 6. Argumentum ab eo quòd quis *alium vincat* contendente potiore. 1. *Litera*[a] inquam Principis ſeu privilegium: in præcedentiis ſcil. attenditur quod vel Princeps ſpeciatim diſpoſuit vel lex diſertè definiuit. 2. *Res indicata*[b] inter [c] eaſdem perſonas, eandem [d] cauſam, idem ius agendi habentes per definitivam [e] ſententiam,

procul-dubio legitimus præcedentiæ titulus eſt. Quod equidem planum habet ſenſum in alienæ[f] juriſdictioni, ſive ſæculari, ſive Eccleſiaſticæ[g] ſubditis, inter quos vtique ſuperioris judicium, lex eſt. In his verò qui ſuperiorem non agnoſcunt, maior eſt difficultas, & maiore opus eſt cautione. Et ſanè rem judicatam hac parte tum demum putamus, ſi aut alicuius arbitrio[h] res committatur (cuiuſmodi fermè Romanus Pontifex[i] inter Pontificios vel exiſtit, vel Iudex adigitur) vel ſi rerum perpetuo vbique ſimiliter[k] judicatarum auctoritas adſiſtat, id eſt, conſtanter in eodem controverſiæ genere, contradicto etiam iudicio, vbique locorum ſimiliter ſemper deciſum fuerit. Non etiam ſi gentilis aut cognatus iudicet, cuius vtilitas eâ in re aliqua vertitur.

a In præcedentiis ſcilicet attenditur, quod Princeps particulariter diſpoſuit, & caſus legis expreſſæ, tollit omnem dubitationem: vid. Gratiani *deciſ.* 940. vbi agit de Rectore Eccleſiæ Cathedralis Piſtorienſis.

b Vide Cardinalem Tuſcum, & Valdeſium *cap* 3. *num.* 18. Seniorem Goldaſti, *lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 3. 6. 7. 8.

c Text. *l. & an eadem* 14. *ff. de except. rei iud. cap. penult. de re iudic.*

d Eadem cauſa, idem jus quando ſit, patet ex ſuperioris capitis primo principio: vbi de ſubſtantia dignitatis ſpectan-

ſpectanda: item ex *th.19.infr.* vbi de Fortunæ bonis non ſpectandis agimus: item ex *th.5.ſup.* ubi de præſenti forma.

e Aliud ſi per merè interlocutoriam, de quo vide poſt alios Salgadum de Samoza *de Regia protectione, part.2. cap.9. num.17.*

f Principis arbitrium, vbi de privatorum præcedentiâ agitur cumprimis ſpectandum eſt: qui vt dignitatum omnium Oceanus eſt; ita & regula, vt proinde quis modus ſit beneficij ſui, & ipſe æſtimare debeat: argument. *l. Neratius* 191. *de regulis iuris*, *& l.* 43. *de vulgari.* vide Chaſſanæum *part.*5. *conſid.*55. & diſcurſum *de praced. profeſſ. Tholoſ.* Langlæum, 7. *Semeſt.* 7. Chanutium, *cap.*177. Ita Caroli IV. (ſui temporis Salomonis) Imperatoris bullâ verè aureâ quam Norimbergæ primùm compoſuit, apud Mediomatrices poſteà ſtabilivit, adauxit A.D.1357. ſopitæ & compoſitæ huiuſmodi controverſiæ inter Electores (inter cæteros, inter Moguntinum & Colonienſem vetus: quod ex Alberto Argentinenſi & Aventino *lib.*7. liquet: inter Colonienſem & Trevirenſem.) Quare juſtus hic hodie titulus eſt præcedentiæ legitimæ: de quo vide Dubravium, *lib.*22. In Comitiis item Auguſtanis A.D.1520. ſtatus omnes Imperij Imperatoris arbitrio circa ſeſſionum controverſias acquievêre. ¶ Huc pertinent Principum quorumcunque inter ſuos præiudicia, vt & eorum qui ſupremo Principis nomine jus dicunt, vt ſunt Parlamenta Galliæ, cuiuſmodi præiudicia varij collegerunt Lucius, Paponius, Chanutius, Rupanus, Matthæus Mareſchallus, Loiſeau, & alij.

g Veluti ſi Epiſcopus iudicet inter Eccleſiaſticas dignitates & iudicium eius effectum conſecutum ſit. Vide Menoch. *conſil.*257. *num.*95. *ad ſ.ne*[illegible]*ſque.* Non admittimus tamen decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.*25. *cap.*13. *de regul.* quo cautum, vt Epiſcopus [illegible] contro-

F

Digitized by Google

verſias in officiis & proceſſionibus Eccleſiaſticis, inter Eccleſiaſticos tam ſeculares quàm regulares de præcedentia, amotâ omni appellatione, ipſe iudicet: de quo vide hiſtor.*Concil.Trident. lib.8. pag.949. Gall.* & Gamam *deciſ.1. num.7. & 8.* & pleniſſimè Salgado de Samoza *tract. de Regia protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & iudicibus Eccleſiaſticis, parte 2. cap.9.* & Scacciam *de appellat. quæſt.17. limit.6. membr.2. num.38.* Gratianum *deciſ. March. 232.* Maceratenſem *reſolut.81. num.9. & ſeqq.*

h Compromitti ſcilicet de præcedentiæ controverſia poteſt, etiam per Eccleſias collegiatas, ſine conſenſu Epiſcopi, pro bono videlicet pacis, etſi cauſa præcedentiæ ſit magni præiudicij. Gratianus *Gratianus in addit. deciſ.March.232. & deciſ.298. num.9.*

i Sanè olim, quia Principes & Reſpublicæ merita de ſede Roma. pro vnico fermè præcedentiæ titulo venditabant (de quo etiam *infr. th.21. & 33.*) ideò Pontifices Roma. harum controverſiarum arbitri jure communi ſedebant. Atenim & ipſi Pontificij nonnulli & olim reclamavêre, & hodie reclamant. Cuius rei exemplum in nobili illa controverſia inter Ducem Florentinum & Ferrarienſem; cuius cognitionem ad ſe Pontifex cùm pertrahere voluiſſet, Ferrarienſis obſtitit: vt liquet ex hiſtor.Concil.Trident. *lib.5. pag.519. Gall.* neque citatus vnquam adduci potuit, vt mitteret Romam procuratorem, ſed à Cæſate litem terminandam omni ratione contendebat. Poſt multa, Pontifex de de Maximiliano II. non vt Cæſare, ſed tanquam arbitro aſſenſus eſt. Is verò acceptis Pontificiis literis, in non levem indignationem exarſit, quòd in ſententia ferenda modus ac conditio ſibi præſcriberetur, neque ſibi cauſæ ad ſe & Imperatorium tribunal verè pertinentis libera conditio relinqueretur: vide Thuanum *lib.44. pag.544.* Idem eorundem ſenſus & de Concilio quam-

quamlibet Tridentino; quò pertinet quod Petrus Iuſtinianus memorat de rebus Venetorum *lib.14.in fin.* Bavariæ Ducis Legatum in Concilio Tridentino, cùm de præcedentia Venetis litem moveret, admonitum à fratribus, in Conciliis Religionem non Regionis ſeſſionem curari, proteſtationem de non præjudicando addidiſſe, & vt ea actis inſereretur petiiſſe: de quo proteſtationum more poſtea.

k Argum. *l.34. & 38.ff.de legibus.* Hoc argumento Chriſtianiſſimorum Regum Franciæ præcedentia hodie iure adſtruitur ſuper Reges Hiſpaniæ. Nam vt omittam vetuſtiora præiudicia Concilij Lateranenſis ann. 1215. Conſtantienſis ann. 1416. vbi Gerſon Cancellarius Franciæ legatus ad Imper. dextram ſedit: Baſilienſis ann. 1433. ex quo Hiſpanus ad eam quam videmus potentiam excrevit, vt omittam Imperatorum Sultanorum Amurathi III. & Mahometis III. quæ refert Leunclavius in *ſupplem. Annal. Othmanid.* & Thuanus, cùm Philippus II. Rex Hiſpan. diverſis vicibus cum Henrico II. Carolo IX. Henrico III. Franciæ Regibus, variis occaſionibus & locis de præcedentia contendiſſet, contradicto iudicio vbique ſimiliter cecidit. ¶ 1. Venetiis, vbi primitus ſub Laurentio Priulo Duce Venetorum, Hiſpanus litem hanc movit A.D. 1558. Et verò, quod notandum, petentibus id & inſtanter flagitantibus amborum Legatis, cognitione ſuſcepta Henrico II. Regi Franciæ præcedentia adjudicata fuit, vt ſcribit Surianus, *in relatione ſua Hiſpaniæ:* Lanſacus, *Epiſtola ad Reginam matrem:* & Sanſulpitius, *ad eandem Reginam matrem:* Epiſcopus Aquenſis, *ad Regem Carolum IX.* & altera Epiſtola *ad Sauvium.* Petrus Iuſtinianus, *lib.14.Hiſt.Venet.* Marzarius, *conſil.26. num. 33. & 34.* Menochius, *conſil.126.num.5.* Hadrianus, *l.b.17. hiſt.* Natalis Comes, *lib.11.hiſtor.* Kelnerus, *in vita Laurentij Priuli, pag.197.* ¶ 2. In Concilio Tridentino A.

D.1562. & 1563. vbi videlicet Legatus Galliæ antiquam ſuam ſedem tenuit, proximam Imperatoriæ, extraordinaria ſede adſignata Oratori Hiſpano ad latus Secretarij Concilij, vt ex hiſtoria Concilij Tridentini liquet, *lib.7.pag.*743.744. *initio lib.*8.*p.*834.835.850.*ad* 855. & variis memorabilibus Concilij Tridentini, Thuano *lib.*32. & Hadriano *d.lib.*17.*hiſt.* Item ex Catalogo Legatorum Concilij Tridentini: Fatetur & Vaſquius *in præfat. illuſtr. controverſ. num.*12. Vide & quæ de hac ipſa re noto *part* 3 *th.*4. ¶ 3. Romæ à Papa Pio IV. A.D. 1564. vt teſtantur exteri Scriptores Onuphrius Panuinius *in vita Pij. IV.* & Cabrera Morales continuator Ciaconij *in Pio IV.* Iuſtinianus *hiſt.Venet.lib.*15. Hadrianus *lib.*18. Natalis Comes *lib.*14.*hiſtor.in fin.* Tomaſus Coſtus *lib.*1.*tertiæ partis,hiſtor.Neapol.* Herrera *prima parte hiſtor.general. lib.*10.*cap.*6. Cauitellius,in *annalibus Cremonenſibus*, A.D.1564. Cardinalis Vitellius,& alij,apud Valdeſium, *cap.*3. *num.*18. *&* 19. *fol.*76.77.78.79.83. Petramellarius in *additionibus ad Onuphrium de Summ. Pontif.* ¶ 4. Varſoviæ in comitiis Poloniæ A.D.1573. communi omnium ordinum conſenſu, vt teſtatur Monlucius, in *diſcurſu de Electione Regis Poloniæ.* Popelinerius,*lib.*35. *hiſt.* Thuanus *lib.*56. *hiſtor.* ¶ 5. Poſtremo, Romæ rurſum A.D.1588. judicio Sixti V. Papæ, vt teſtatur Franciſcus Pegna *de vita & actis canonizationis S. Didaci Complutenſis:* Cicarella, *de vita Sixti V.* A.D.1588. cùm tamen ageretur tum de canonizatione Didaci Dalcala Complutenſis Hiſpani. ¶ 6. Sed & in Angliâ A.D.1555. in Capitulo habito vigiliâ Sancti Georgij ab equitibus periſcelidis, decretum fuit, quòd Rex Franciæ locum ſuum retineret ad dextram Principis ordinis: Rex Hiſpaniæ verò, vt maximè Maria Regina Angliæ ei nupſiſſet,ad ſiniſtram: Vide *les lettres d'vn François, pag.*10. ¶ Neque appellationis aut ſupplicationis vllam hâc parte rationem habendam cenſemus,

ſemus, qua alioquin res judicata ſuſpendi ſolet (quod vrget Valdeſius *cap.3.num.15.*

l Itaque pro præcedentia Caſtiliæ ſupra R. Angliæ non ſufficiat, quod referunt in Concilio .... ita iudicatum, cùm contra Julius II. Papa, inter Henricum & Ferdinandum V. pro R. Angliæ judicaverit. Vide Goldaſti *Seniorem lib.1.cap.30. num.8.*

m Quare ſi Principi Auſtriaco cum alio Principe lis intercedat, modernorum ex eâ familiâ Imperatorum præjudicia hanc ad rem nil faciunt arg. *l.10.ff.de juriſdict.tit.Cod.ne quis in ſua cauſa.* Ita Hiſpaniarum R. Philippus II. qui in aulâ Romanâ nil obtinere potuerat, apud Maximilianum Imperat. gentilem ſuum id effecit, vt Principis loci prærogativa in aulâ Cæſareâ Legatis Gallicis denegaretur. Quæ tam inſignis injuria viſa eſt Galliæ Amiralio Colignio, vt inter cætera bellum propter eam Philippo inferri poſſe exiſtimaverit, ſcripto ad Carolum IX. Regem. Thuanus *lib. 49. hiſtoriarum.*

VII.

II. Consvetvdo, non minùs quam lex, vt inter privatos (ſive ij membra loci ſeu Regni vnius ſint, ſive diverſorum) ita inter Principes & Reſpublicas quoque, eadem conſuetudo, antiquitas, vſus, obſervantia, patientia, poſſeſſio vel quaſi, actus poſſeſſorij, Præscriptio, juſtiſſimus titulus ſunt & præſidium ad præcedentiam: jureque conſtituti loco habenda ſunt, proque omni ratione ſufficit, ſic eſſe conſuetum fieri.

Fundamentum apertum, vt in ratione, ita & in textu expreſſo *legis* 1. *ff. de albo ſcribendo* (quæ ex Vlpiani lib.3. de offic. Proconſ. deſumpta eſt:) vbi inter Decuriones, & ſic privatos, nullis dignitatibus decoratos, lex municipij ſequenda dicitur: *Decuriones*, inquit, *in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt lege municipali præcipitur.* Sed ſi lex ceſſat, tum dignitates erunt ſpectandæ. Eodem pertinet *lex* 11. §.1. *de munerib. & honorib.* vbi agitur pariter de lege municipali, quâ cavetur, vt prę̨ferantur in honoribus certę conditionis (velut liberos habentes) homines. Nempe & jure Romano Municipia ſuum quoddam peculiare jus, ſuas privatas leges à cæteris Populi Romani legibus diſtinctas habuêre, Principibus Romanis id largientibus: de quibus Fornerius 1. *ſelect.* 13. ¶ Textus quoque in *cap. cum olim, extr. de conſuetudine*: & ibi doctrina Baldi communiter recepta, non etiam, vt vulgò citatur, in *l. non tantum, ff. de decurionib.* Gloſſ. notabilis in *cap. penult. in verb. electione, in fin. de elect. in* 6. Obſervantia ſcilicet optima interpres eſt, in his quæ dignitatem & nobilitatem reſpiciunt, cùm illa ſit quæ titulos tribuit. Et verè hæc eſt omnium ſententia hac parte, ſecundùm tradita Baldi in *dicto cap. cum olim* (per illum textum) *de conſuetud. & in l. obſervare* 4. §. *antequam, ff. de offic. Proconſ.* & idem *conſil.* 587. vbi ait, conſuetudo aſſignat loca ſedendi & ſtandi, & non debet præpoſterari: vide & Angelum *conſil.* 300. Imola in *rubr. de maior. & obedient.* & ibidem Felin. *num.*3. Io. Andreas in *in cap.*3. *de conſuetud. in* 6. Abbas in *cap. vlt. eod. tit.* & *in cap. auditis, in* 3. *notab. de electíon.* Alexand. *conſil.* 142. *num.* 7. *lib.* 6. Purpurat. *conſil.* 540. *num.* 5. *lib.* 1. Petr. Rebuff. *in tractatu nominationum, num.* 52. Rot. *deciſ.* 4. *in fine, de elect. in nov.* Ruinus *conſil.* 155. *num.* 4. *lib.* 4. Cardinal. Rubin. *in deciſ.* 91. Seraphin. *deciſ.* 716. *num.* 18. & 964. *num.* 1. Rot. coram ſanctiſs. *deciſ.* 124. *num.* 2. & ibi latè *addit. num.* 4. Decianum, *conſil.* 21.

num.

*num.6. volum.*1. *conſil.*85. *num.7. vol.9.* & Marzarium in controverſia inter Ducem Florentinum & Ferrarienſem, *conſil.26. num.33. & ſeqq.* Quettam *conſil.1. num.8. 12. 13.* Wameſium, *Reſponſorum de jure Pontificio, tom.1. conſil.10.* Petrum Enriquez, *conſil.71. num.2.* Elbertum Leoninum, *conſil.1. num.8.9.10,* De Bovadilla, *lib.2. de la Politica, cap.10. num.49. & lib.3. cap.2. num.23.* Panciroluin, *conſil.162. num.15.16.17.* Decianum, *conſil.19. num. 27. lib.3. & 21. num.6. lib.1. & vol.5. reſponſ.84. num.27.30. conſil.637. vol.3.* Nattam, *conſil.67. num.7.* Nom. *conſ.72. num 2.* Peregrinum, *conſ.3. nu.1.* Nauar. de *maior. & obed. conſil.1. num.3.* Burſat. *conſil.343. num.4.* Macerat. *Pract. variar. reſol. lib.1. reſol.81. num.5.* Pancirol. *conſil.162.5 ... a. n.49.* Maſtrill. de Magiſtr. *lib.4. cap.13. num.63. & cap.14. num.1. lib.5. cap.4. num.30. & deciſ.130. num.9.* Apicel. *allegat.13. num.4.* Gratian. *diſcept. tom.1. cap.106. num.8. & cap.298. num.8. & 99. cap.432. num 9. tomo 3. & to.5. cap.867. num.27.* Ludoviſ. *deciſ.164.* vbi Beltra. *& v.* Ayaman. *p. 450.* Menoch. *conſil.53. num.50.51.52.126 num.2. & ſeq. vol. 2.232. num 5.* & pleniſſimè *conſil.257. num 36. vſque ad nu. 43.781. num 1.902. num.44.* Aretin. *conſil.23.* vide & Felinum *cap cum non liceat de præſcriptione in princ.* Chaſſaneum *part.4. conſid.37. & 41. & part.5. conſid.43.* Gammaur. *deciſ.1. num.49.* Fab. de Anna. *conſil.40. nu.2. & ſeqq.* Valdeſium *cap.2.* Cardinalem Tuſcum. Boerium *tract. de de auctorit. magni Conſilij, num.52.* Loiſeau *des Seigneuries, cap.11. num.19.* Aloyſium Riccium *deciſ.1446.* Vide & omnino Goldaſtum *in Seniore, lib. 1. cap. 22. num.1. cap. 30. num. 1.2.5.6.7.8.12.* & ex Menochio Rodolphinum de Sabloneta *de Poteſtate Ducum Italiæ num.239.* Ac nominatim in proceſſionib. præcedentia ſecundùm conſuetudinem ſeruari debet, vt fuit reſolutum *in Rota Romana vna Burgan. præeminentiarum, 29. April.* 1576. Seraphinus *deciſ.402.* Quam deciſionem nota ad ornatum Concilij Trident. *Seſſ.25. cap.13. de regularib.* ¶ In

tantùm porrò conſuetudine ius iſtud acquiritur, vt etiam *mulieres* poſſint conſuetudine acquirere ius ſedendi in Eccleſiâ, & priùs offerendi. Ioan. Faber in §. *aliam verò, Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* Perez. *de anniu. & cappellan. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 22. Gratianus, *diſceptat. forenſ. cap.* 210. *num.* 34. ¶ Idémque in Germaniæ Principibus obtinet: de quo vide A. Coletum *de Iure Imperij Germ. ſect.* 67. *tomo* 1. *juris publ. pag.* 274. & Knichen. Huc pertinet Henrici VI. Imperatoris illud, in controverſia Abb. Fuldenſis & Epiſcop. Colonienſis: *Veteres adprobamus, vt tenemur, Imperij noſtri conſuetudines: quocirca maior an minor æquo nobis diſcrimine eſt:* de quo vide Arumæum *de ſeſſ. prærog. pag.* 804. ¶ In defectum porrò conſuetudinis loci, recurrendum ad conſuetudinem quæ viget *in aliis ciuitatibus* præſertim vicinioribus & principalioribus, vt tradit Io. Andreæ & Butr. in *rubr. de conſuetud.* & apertè Iaſon in *l. de quibus, num* 6. *verſ. quinto, ff. de legib* qui & Caſtrenſ. *conſil.* 159. *col.* 2. *lib.* 1. allegat. Vide & Menoch. *conſil.* 257. *num.* 44. ¶ Ac nominatim conſuetudo ſtylus Curiæ Romanæ in dignitatibus Eccleſ. ſpectandus: vide Menoch. *d. conſil.* 257. *num.* 19. Quare & pro poſſeſſore in dubio reſpondetur, Cardin. *conſil.* 62. Bald. *in l. obſervare, §. antequam, ff. de offic. Proconſ.* Burſatus *conſil.* 343. *num.* 75. *cum ſeq.* Zabarella *conſil.* 62. *col.* 2. *verſ. ſed ipſis non prob.* Corn. *conſil.* 193. *num.* 14. *lib.* 2. Portius Imolenſis, *conſil.* 64. *num* 48. *vol.* 84. Menochius *conſil.* 51. *num.* 40. *conſil.* 126. *num.* 6. *conſil.* 257. *num.* 54. 902. *n.* 76. Picardus inter conſil. Menochij 52. *num.* 49. Riccius, *deciſ. Neapolit. tomo* 1. *deciſ.* 132. & in poſſeſſione is conſtituitur, defenditúrque interdicto vti poſſidetis, vindiciæq; ſecundùm eum dantur tandem in controverſiis præcedentiarum lite pendente manuteneri debet, qui tempore litis motæ reperitur poſſidere. Fundamentum ex *cap. cum Eccleſ. Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Anna in *allegat.* 43. Coccinus

cinus *deciſ.*47. Regens Valens *conſil.*18. *tom.*1. & latius Riccius *deciſ.*132.*par.*1.Nouarus *deciſ.*123. Et contrà onus probandi non poſſidenti injungitur *l.*67.*ff.de regul.iur.* *l.*14.20 *ff.de probation.* ¶ Sic in Statibus Imperij pariter ex poſſeſſione, vel quaſi, hæc controverſia de præcedentia deciditur: vide Gailium 1.*obſerv.*21. *in fin.* Tiraquell. *De nobilit.cap.*20.*num* 51. *cum ſeq.* Nattam *conſil.* 377.*num.* 3. & verè Auream Bullam Caroli IV. *cap.*4. Hoc fundamento niſus quoque Fridericus I. adverſus Adrianum Papam A.D.1156. *Iure,* inquit, *& ex antiquo nomen noſtrum præponitur: Revolvite Annales, & illic inuenitur,* &c. Hoc fundamento niſus & Galliæ Legatus in Concilio Tridentino contra Mendozam Hiſpan. Legatum. Vide Bodinum *lib.*1.*cap.*9. *num* 145.*in fi.* Hoc inter alia fundamento adjudicata R. Galliæ ſupra R. Hiſpaniæ præcedentia: à Papa Pio IV. ann. 1564. à Sixto V. anno 1588. *vti ſemper obſervatum fuerat*, inquit P.Iuſtinianus Venetus, *lib.*15. *Hiſtor.Veneta: Hauendo ragioni buone el vſo continuo della ſua dignità*, ait Antonius de Herrena, *parte* 1. *lib.* 10. *cap.*5. *Haueua trouato gli Franceſi ſempre che ſtauano a canto all' Ambaſciador del Imperadore, gli conſeruaua in quello iſteſſo luogo, ſenza dar gli coſa alguna di nuouo*, ait Vitellius in *diſcurſu quodam apud ipſum Valdiſium.* Hoc eodem fundamento niſi Patres Concilij Tridentini: *Nihil*, inquiunt, *immutare licet, quia is dicendi ordo præſcriptus fuit* apud Vaſquium *num.*2. Veneti hac eadem ratione niſi, vt nominatim tradit Petrus Iuſtinianus, *lib.*14. Adrianus, *lib.*17. Menochius,*conſil.*126. *num.*5. Huc pertinet & illa Concilij Tridentini proteſtatio, *prærogativas illæſas & ſalvas eſſe velle in eodemq; ſtatu permanere, prout ante præſens Concilium reperiebatur.* Hoc eodem fundamento Rex Hiſpaniæ Burgenſibus ſupra Toletanos præcedentiam adjudicauit: *Poblo por mandado, que ſempre des de ay adelante fue com agora tambien es la cabeça de todo lo*

Regno de Caſtilla: vt ſcribit Ambroſius Morales, *lib.* 15. *Chron.Hiſpan.cap.*17. Exemplum eſt quoque in controverſia de præcedentia inter Rempubl. Florentinam & Ferrarienſes Duces. Nam hoc fundamento vſus eſt Ferdinandus Imperat. in ea dirimenda. Pro Florentina vide Decianum *reſponſ.*84.*vol.*5. Elbert Leoninum *d.conſil.*26.*num.*25. Item in Archiepiſcopo Trevirenſi ex Aurea Bulla Caroli IV. *Primo quidem*, inquit, *interrogabit à Trevirenſi Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe.* Vide & Seniorem Goldaſti, *lib.*1. *cap.*20. *num.*15. ¶ Porrò vniuſcujuſque loci conſuetudo attendenda in privatorum controverſiis, alibi quippe aliter præcedentiam regulari notum eſt, iuxta vulgatum illud *νόμος καὶ χώρα*. Vide Beſoldum *pag.*148. Ita miles ex conſuetudine in aliquibus civitatibus Nobilis reputatur, licet de jure communi militia non ſit dignitas. Nempe conſuetudo titulos & honores tribuit: Bartolus, *leg.*1. *num.*83. *verſic. quarto infertur, C.de dignitatibus:* vide Menochium, *conſil.*302. *num.*43. *vol.*4. Purpuratum in *l.*1. *in princ. num.* 312. *ff. de officio eius cui mandata:* Pacianum, *lib.*2. *de probationibus, cap.*26. *num.*136. Rodolphinum de Sabloneta, *de dignitate Ducum Italiæ, num.*256. Quanquam in dubiis inſpici quoque debet conſuetudo vicinarum ciuitatum. Oldradus *conſil.*267. *circa fin.* Cravetta *conſil.* 118. *num.*3. Caſtr. *conſil.*437. *num.*2. *vol.*2. Maceratenſis, *reſolut.*81. *num.*6.

¶ CVIVS autem *Temporis* conſuetudo hac parte requiratur, & quotnam actus vide Arctin. *conſil.*23. *numer.*10. & Felinum, *cap.cum non liceat, in princ. extr.de præſcript.* Aretinus, *conſil.*235. *num.*11. Marpar, *conſil.*26. *num.*34. Gram. *deciſ.*64. *num.*34. Fabius de Anna *conſil.*40. *num.*8. putat, non tantùm in poſſeſſorio, ſed & in petitorio pro eo qui per decennium eius præcedendi quaſi poſſedit, rectè pronunciari. Purpuratus verò in *l.*1. *num.*200. *de offic.*

offic.eius. poſt Andr. Sicul. *conſil.*5. *lib.*2. Aretin.*conſil.*23. *num.*11. Roland.*conſil.*5. *num.*21.*lib.*1. conſuetudinem requirit præſcriptam ſeu præſcriptionem 40.annorum ſpatio. Vide Gratianum *deciſ.forenſ.cap.*106.*n.*7.8.*&* 298. *num.*2.& latè 492. *n.*9. vide & Nouar. *ad leg.*1.*C.de conſulib.num.*12. vbi has duas ſententias conciliat ſub diſtinctione. De hâc totâ quæſtione, quot actus ad præcedentiæ jus & quaſi poſſeſſionem requirantur, vide Salgadum de Samoza *de Regia protectione, part.*2. *cap* 9. *num.*20.21.22.23. vbi eam ſententiam probat tanquam communem, quod ſufficiat vnicus actus, quod etiam Bartolus & alij ſtatuunt: Baldus *in l.obſervare*, §. *antequam, in fin. ff.de offic.Proconſ.* Gratianus, *deciſ.*110. *num.* 17. *&* 41. Marzarius *conſil.vlt.lib.*1. Menoch.*conſil.*126. *num.*6. *&* 902. *num.*78. Rota *diuerſ.deciſ.*222.*nu.*7 *lib.*1. Cardin. *deciſ.*62.*col.*2. Corn.*conſil.*193. *num.*14. *lib.*2. vt manutenendus ſit in præcedendo, ad eum videlicet effectum, vt quaſi poſſeſſio adquiratur: quod negat Farinac. *deciſ. Rot.Rom.*718. *num.*3. ¶ Cumprimis autem vltimus ſtatus, ſeu vltimi noviſſimíque actus attenduntur, circa continuandam poſſeſſionem: per text. *in cap conſultationibus, de iure patronat. in cap.cum Eccleſia Sutrina, cap.cum olim, extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cap. querelam, de elect. & l.idem Mela*, §.*ſed ſi, ff. de alim.legat.* Vide Annam, *allegat.*131. Riccium *deciſ.*132. *part.*1. 1446. *ſub fin.* Nouar. ad *leg.*1. *C.de conſulib.num.*8. Valdeſ. *cap.* 20. *num.*27. *p.*54. Nolden *de ſtatu Nobilium cap.*13. *num.* 120. Seniorem Goldaſti *lib.*1. *cap.*31. *num.*2.

¶ Neque contrarij actus & *Vrbanitas* ſeu patientia familiaris ex gratia quicquam præiudicat *argum.l.*31. *de operis libert.* vide Dec. *in c.cùm acceſſiſſent, col.penult.ante fin. verſ.& hoc comprobatur, de conſtit.* per gloſſ. notab. in *cap. conſuetudo, diſtinct.*1. Gratianus *deciſ forenſ.*298. *num.*8. Menoch.*conſil.*51.*vol.*1. Decianum *conſil.*7.*vol.*3.*num.*69. &c. Gratianum *deciſ.*198.*num.*18. de quò peculiariter

*th.*10. *infr.* Atque hoc ſenſu admittimus conſuetudinem generalem, non particularem hîc requiri: vide Boerium *tract. de auctoritate magni conſilij, num.*79. ¶ In dignitatibus quoque & *Proceſsionibus* Eccleſiaſticis eadem conſuetudo plurimum valet: de quo vide Chaſſanæum *part.*4. *conſid.*10.15.19.37.40.41.42.46. & pleniſſimè Salgado de Samoza *de Regia protectione, part.*2. *cap.* 9. *num.*18. *&* 19. *&c.* Gratianus *deciſ. March.*232. qui in id allegat conſtitutionem Gregorij XIII. Inter Epiſcopos quoque hoc ipſum iam olim obtinuit & Patriarchas, quò pertinet famoſus canon 6. Nicenus: & illud ibidem τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Idem & hodie in iure Nominationum. Vide Mareſchallum *des droits honorifiques, pag.*28.29.30. In actibus Eccleſiaſticis vide eundem *pag.*42.43.44. *& pag.* 88.89.90.91. Bacquetum *tractatu de la Iuſtice cap.*20. *num.*16.

¶ Inter pares tamen gradu perſonas conſuetudo hæc obtinet, *non inter gradu impares*: alioquin non eſſet conſuetudo, ſed corruptela, vt ſcribunt Hoſt. Ioann. Andr. Butr. & Imol. in *cap.*1. *de maior. & obed.* Aretinus *conſil.*13. *in fin.* Abbas Panormit. *conſil.*21. Roch. de Curte *cap fin. de conſuetud. num.*110. vbi notant, quòd non valet conſuetudo, quod Archidiaconus præcedat vicarium Epiſcopi; ſicuti nec valeret conſuetudo, quod Diaconus Cardinalis præferretur Presbyteris Cardinalibus: Felinus *in cap. ſtatuimus, extr. de maior. & obed.* apud Chaſſanæum *part.*4. *conſid.*10. quem tamen ipſum vid. *conſid.* 15. vide & Decianum *volum.*3. *reſp.*7. *&* 19. Pancirolum *conſil.*162. *num* 19. Veluti quando eſſemus inter canonicos, & ipſorum præbendæ eſſent diſtinctæ, nam tunc non attenditur conſuetudo in præcedentia *Gratian. deciſ. March.*16. & ita cenſuit ſacra congregatio Rituum, cuius tenor talis eſt; Cùm ſecundùm cujuſque dignitatem quilibet in ſede ſit honorandus, & qui prior eſt in ordine in loco etiam præmitti debeat, declaravit ſacro-

Digitized by Google

ſacrorum Rituum congregatio canonicos,qui in ordine preſbyterali conſtituti canonicatum preſbyteralem obtinuerint in choro,capitulo,proceſſionibus,& ſeſſionibus, præcedere debere canonicos in diaconatu, vel ſubdiaconatu conſtitutos canonicatus diaconales, aut ſubdiaconales obtinentes,etiam ſi poſteà fuerint in eccleſia admiſſi, & recepti non obſtante conſuetudine eccleſiæ quæ tanquam abuſiva, atque improbata non debet admitti. (Etſi contrarium quòd minùs dignus præcedat vbi viget conſuetudo, tenet Boërius *d.tract. num.*68. & poſt eum pluribus, Menochius *conſil.*257. *à num.*36. *ad num.*43. qui conſuetudinem hîc admittunt & ſi iuri communi contrariam,vt & Seraphin.*deciſ.*335. *&* 964.) ¶ Exemplum ſingulare apud Mareſchallum *des droits honorifiques des Seigneurs ès Egliſes,pag* 88.91. Exemplum quoque illuſtre in Protonotariis,qui in Concilio Mantuano conſuetudinem allegabant Epiſcopos præcedendi: vbi Papa Pius II. adverſus notarios reſcripſit: Bullà *cum Servare Mantuæ data* menſe Iunio, A.D.1459. quia, vt refert Gobelinus (id eſt, ipſe Papa Pius) *in commentariis Pij lib.*3. Notarij illi corruptela quadam, non conſuetudine prælati fuerunt Epiſcopis. ¶ Exemplum ſunt qui ponant, vt Albertus Krantzius *lib.*6. *Saxon. cap.*46. Munſterus *coſmogr. lib.*3. A.D.1184. & in Abbate Fuldenſi, qui ſub Friderico Ænobarbo ex conſuetudine veteri præcedentiam prætendebat in conventu Moguntino ſupra Archiepiſcopum Colonienſem: de quo vide quæ adverſus Krantzium & Munſterum ſcribit prolixè Helmoldus preſbyter in *Chronica Slauorum lib.*3. *cap.*9. & pro proëdria Abbatis Fuldenſis & ſeſſionis honore prolixè proprio capite ſcribit Chriſtophorus Brouverus *Fuldenſium Antiquitatum lib.*1. *cap.*16. qui conſulendus: vbi Imperatorem pro Abbate pronuntiaſſe ſcribit: Morémque & Principum ſententiam ei faviſſe. Ideoóque judicatum Ro-

mæ pro Abbate; A. D. 1132. contra Archiepiſcopum Magdeburgenſem, ab Innocentio Papâ & Lothario Imperat. Et cauſam hanc reddit huius rei nempe B. Bonifacij memoriam, tótque Præſulum qui ex Fuldenſi Monaſterio prodierunt: denique quod Fulda mater & alumna eſſet Epiſcoporum per Germaniam: de quo plura *infr. th.* 23. Sanè & Lambertus Schaffnaburgenſis, ann. 1063. meminit cointentionis Goſlarienſi conuentu inter Abbatem Fuldenſem & Epiſcopum Hildesheimenſem: vbi pro Abbate hanc rationem addit. CONSVETVDO, inquit, *erat in Regno per multos retrò maiores obſeruata, vt ſemper in conuentu Epiſcoporum Abbas Fuldenſis Archiepiſc. Moguntino proximus aſſideret.* Verùm quàm acre certamen ea de re ortum idem pluribus refert: vide & Arumæum *de ſeſſionis prærogatiua.* Eandem porrò limitationem ſeu diſtinctionem adhibemus *infr. th.* 48. ¶ Et ſunt tamen qui ita diſtinguunt. Poſſe ſcilicet dignitatem inferiorem ipſam conſuetudine alteri præferri, non ſingulares perſonas ſeu indiuidua alicuius dignitatis, quod probo: cuius rei exemplum vide apud Bouvotum *tom.* 2. *verb. Eſchevins, quæſt.* 22. ¶ *Pacificam* item & juſtam non turbatiuam conſuetudinem ſeu poſſeſſionem præcedentiæ eſſe oportet: vide Seraphin. *deciſ.* 964. Et ita deciſum fuiſſe per Rotam Romanam teſtatur Cardinal. Caual. *deciſ.* 649. ¶ An autem interpellatio & prohibitio requiratur, & recuſatio poſt eam interpellationem, vt exinde naſcatur præſcriptio, vide Gratianum *deciſ.* 298. *num.* 10. Item obſeruandum, non vtendo aut patiendo vel etiam conſentiendo alios præcedere, non poſſe amitti ius præcedentiæ, ſed ſucceſſores poſſe huiuſmodi præcedentiam recuperare perditam à prædeceſſoribus, & contrauenire facto inualido anteceſſoris: Baldus *conſil.* 387. *col.* 2. *lib.* 2. Socin. *conſil.* 79. *num.* 47. *lib.* 4. Boërius *de auctorit. magni conſil. num.* 148. Menoc. *conſ.* 1. *num.*

*num.*102. *&* 902. *num.*78.79. Purpurat. *conſil.*540. *num.* 19. *lib.*2. Decian,*conſil.*21. *num.*74.*lib.*1. Gratian. *diſcept.* 298. *num.*11. & poſt hos omnes Salgado, *de protectione Regia, part.*2. *cap.*9. *num.*89. *ad* 94. Ratio hæc adfertur: Prælatio enim ſeu præcedentia non pendet à voluntate partium, ſed vel à iure communi, vel à generali conſuetudine. Decianus *conſil.*21. *num.*69.*lib.*1. Idem *num.* 10. *Prælationes*, inquit, *& ea quæ pertinent ad dignitates eſſe iuris publici; ſicut ſunt magiſtratus, & propterea magiſtratum gerens non poteſt ſuo facto illius ſtatum & ordinem immutare.* Et num.74. adjungit, *quòd licet poſitus in dignitate ſuo ipſius facto poſſet ſibi præjudicium aliquod afferre, non tamen præjudicare poteſt, quoad ſucceſſores ſuos.* Vide & eundem Decianum *conſil.*19.*num.*40. *& ſeq.lib.*3. Quem ſequitur Rubeus *inter decif.Gratian. cap.*298. *num.*99. Adfertur & hæc altera ratio, quòd ea quæ à genere, civitate, à rerum natura tribuuntur, non obſtante facto majorum, maneant incolumia: per textum *in l.eum qui, ff. de interdictis: in l.emancipatum,* §.*ſi quis, ff. de Senatoribus: l. Diui fratres, ff. de iure patron.* Vide Nattam *vol.*3. *conſil.*638. *num.*46.

VIII.

CAVTELÆ tamen quatuor aliæ prætereà circa conſuetudinem & actus poſſeſſorios obſervandæ ſunt in materia præcedentiæ. Nempe 1. cujuſnam DIGNITATIS reſpectu præcedentia alicui aliquando delata fuerit (& ſic hodienum vindicetur) diligenter ſpectandum eſt, vbi conſuetudo ſeu actus poſſeſſorij allegantur: Nam idem pluribus digni-

Digitized by Google

tatibus decoratus, modò vnius reſpectu, modò alterius aut præcedit aut ſequitur.

v. Everhardum in *Topicis in loco à reſpectivis ſeu tanquam*, vid. Chanutium *cap.*172. vid. infr. *cap. de reſpectiua præcedentia.*

Quare hic Proteſtationum vſus ſæpe neceſſarius : quo alioquin neglecto maximi errores naſcuntur : vide exemplum apud Mareſchallum, *des droits honorifiques*, *pag.*58. Nempe tum, cùm controverſia aliqua iam mota, aut veroſimiliter movenda. Ideóque, cùm Carolus V. Imper. idémque R. Hiſpaniarum primas teneret in Concilio Tridentino, Galli non proteſtati ſunt, quia tam certum erat & notorium tam R. Hiſpaniarum Gallo cedere, quàm, R. Franciæ, Imperatori. Quare quod hanc proteſtationis omiſſionem in ſuam ſententiam arripit Valdeſius *cap.*1. *num.*26. inane eſt.

IX.

2 Personalis Meritorum reſpectu præcedentia ob eximium aliquod perſonæ meritum, vel dotes, aliquando delata, vbi de actibus poſſeſſoriis agitur, à præcedentia reali, ſeu dignitati ipſi & loco debita, diligenter diſtinguenda venit.

Sæpe ſcilicet merito perſonæ tribuitur, quod nullo dignitatis merito, nulla neceſſitate debetur. Exemplum illuſtre in Oſio Epiſcopo Cordubenſi, qui ἀληθῶς σ'-σ@ Princeps Concilij Nicæni, imò pater Conciliorum illorum temporum, extitit. Quod obſervandum adverſus Baronium & Bellarminum, qui hoc præcedentiæ argumento falsò Oſium Epiſcopi Romani Legatum

gatum faciunt. Quidquid tandem pro hâc ſententia Cardinal. Perronius *adverſus R. Britanniæ* moliatur *pag.* 283.284.285. Imò & adverſus Valdeſium *cap.*2. *num.*13. qui exinde argumentum trahit ad Hiſpanicam prærogativam.

X.

3 CVRIALIA[a] pariter, id eſt ea quæ vel hoſpitij iure, vel reſpectu aliquo naturali, veluti ætatis[b] aliove ſive publicè, [c] ſive in privatis congreſſibus vel domi ex civilitate, vrbanitate, & patientia familiari aliquando deferuntur, vel delata fuerunt, vbi de actibus poſſeſſoriis agitur, à publico præcedentiæ iure diligenter ſeparanda ſunt.

a Argum. textus *l* 31. *ff. de operis libertor.* vide Decianum *conſil.*7. *vol.*3. *num.*69. & *conſil.*67. *num.*16. *vol.*2. Menochium, *conſil.*51. *vol.*1. Onciacum, *de la precedence de la Nobleſſe, pag.*64.115.116. Beſoldum, *pag.* 148.149. In alieno, ſcilicet Regno Rex minor iure hoſpitij præfertur: Exemplum in Concilio Lugdunenſi (adverſus Valdeſium, *cap.*2. *num.*22.) vbi Iacobus Rex Arragoniæ cæteris antepoſitus fuit: vid. etiam Chriſtophorum Marcellum, *in libro ceremoniarum Curiæ Romanæ*, vbi exemplo Cardinalium hanc concluſionem confirmat. Exemplum in Reg. Ludovico XII. qui Savonnæ (quæ tum ad Gallum ſpectabat) Reg. Arragonum Ferdinando primas detulit quamlibet etiam renitenti, vt refert Surita, *lib.*8. *de la Hiſtoria del Rey Don Hernando el Catholico, cap.*4. & Iean Dauton *en la Chronique du Roy Louys XII.* Exemplum in Carolo V. Imper. qui Franciſco Regi Franciæ primas detulit cum Madritum &

Digitized by Google

Illeſcas ingrederentur: teſte Guazzo *nelle ſue hiſtorie del* 1524. *fino al anno* 1532. & Valles *de la vida del Marques de Peſcara, cap.* I. & Prudencio de Sandoval, *lib.* 14. *de la vida del Emperador Carlos V.* §. 5. ¶ Cæterùm id quod diximus, puta vt quilibet domi ſuæ minor ſit, ita intelligendum eſt, vbi videlicet eadem ſubſtantia dignitatis eſt; alioquin vbi dignitates nimio plus differunt, ne quidem domi ſuæ major dignitatis ſuæ jacturam facere, quin potiùs eam tueri, debet. Vide Onciacum *d.pag.* 64.

b De quo eſt alioquin lex Calliſtrati lib. 1. de cognitionibus, *l.ſemper* 5. *ff. de iure immunitatis*. Vide quæ plura notamus *infr.cap.de extrinſecis, th.*14. *lit.a. in fin.*

c Modeſtiâ quippe, ἐπιεικείᾳ animique ſubmiſſione ſæpe certatur, vel prudentiâ. Ita Conſtantinus Magnus in Concilio Nicæno τρόπῳ ἐπιεικείας, vt loquitur auctor eius vitæ *lib.*3. *cap.* 37. animi ſubmiſſione, vt interpres Nicephori Calliſti *lib.*8. *cap.*16. hyperbolica humilitate non ante ſedere voluit, quàm Epiſcopi illi annuiſſent, vt ſederet auctor vitæ Conſtantini *lib.* 2. *cap.* 10. quod in Majeſtatis eius diminutionem perperam nonnulli trahunt: Adeò periculi plena eſt hac parte modeſtia, adverſus quos egregiè Mortonus *in cauſa regia ſeu diſſert. de auctoritate & dignit. Princip. Chriſtianorum cap.* 6. *ſect.*13. *animad.*1.2.3.

X.

4 Huc retrahenda eſt *theſ.*34.

XI.

III. TESTIMONIA incorrupta, non domeſtica, verùm quæ ab exteris vno ore profecta, (ac maximè veterum) præjudicia, ſeu auctoritates expreſſæ de præcedentia hanc ad rem quoque faciunt.

Digitized by Google

De hoc principio vide quædam apud Valdeſium *cap.2.* & Menochium, *conſil.257. num.91.92.93.94.*

Huc exempli gratia pertinent Italorum, Anglorum, &c. elogia illa de Regibus Franciæ: Gregorij M. ad Childebertum. *Quanto cæteros homines Regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium regna regni veſtri culmen excellit.* Rex Franciæ in ſuo Regno Imperator: Baldus in *l. exemplo, C. de probationibus.* Et eſt tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis: Idem Baldus *cap. 1. §. de feudi alienatione per Federicum, in vltima columna.* Eiuſdem Baldi eſt illud in *conſil. 218. part. 3.* Apud nos Rex Franciæ eſt Polus Antarticus. Denique diſertis verbis idem Baldus in *tit. de prohib. feud. alienat. per Federicum, §. fin. in penult. colum.* quòd Dominus Rex Francorum ſit ſuper omnes Reges. Vide quæ Chaſſanæus plura exhibet, *part. 5. num. 30. & 31.* Rex Franciæ primus Regum, Rex Regum dicitur à Cardin. *Clement. in princip. de immunitate Eccleſiæ, num. 6.* & Baldus *conſil. 217.* Contra vexilla [prima] inuictiſſimi Regis Francorum nemo præſumat honorem. Idem Baldus *conſil. 415. primæ partis:* Super omnes Reges Chriſtianorum Rex Francorum obtinet coronam libertatis & gloriæ. Et exertè de præcedentia R. Franciæ Thomas Campegius Epiſcop. Feltrenſis, *de auctorit. Sacrorum Concilior. tom. 16.* Omnium conſenſu receptum eſt, Chriſtianiſſimum primum Regem eſſe inter Reges & primum ei deberi locum poſt Imperatorem. Vide & Albericum in *rubr. de ſtatu homin.* vbi Reg. Franciæ primum nominat. Corſetum *de poteſt. Regia, quæſt 21. & 23.* Michael Surianus in *relatione ſua*, A. D. 1562. Il Re di Francia ha havuto ſempre finò à queſti tempi per vniuerſal conſenſo del mundo il primo luogo di dignità frà tutti li Rè Chriſtiani ſenza contraſto. Et Hadrianus *lib. 17. hiſtoriæ ſuæ:* Per li ordini antichi il Chriſtianiſſimo dopo l'Imperatore ha ſempre tenuto per tutto il luo-

go più degno. Surita *lib.14. de los Annales de Arragon,cap.* 24. de Concilio Baſilienſi agens, Que los Embaxadores del Rey de Caſtilla fuſſen rogados de parte del Concilio que tuuieſca por bien, de incorporaſſe en el, y ſe les ſennalaſſe el primer lugar deſpues los Embaxadores del Sereniſſimo Rey de Francia, aſſi quanto al honor,come en el voto. Froſſardus 4.*volum hiſtor. cap.*52. Le Roy de France eſtoit le ſouverain Roy de toute la Chreſtienté: & iterum *cap.67.* Le Roy Charles, comme Roy de France, eſt chef de tous les Rois Chreſtiens de ce monde. Matthæus Paris *in hiſtoria Anglorum*, A.D.1257. Rex Francorum Regum cenſetur digniſſimus: & A.D.1254. Dominus Rex Francorum,qui terreſtrium Rex Regum eſt.

XII.

Opinionis nudæ hominum diſpar eſt ratio. Neque enim ea ſufficiens titulus præcedentiæ eſt, cùm & alioquin communis opinio jus non faciat.

Quia præcedentia dependet à jure publico, à lege, inquam,vel conſuetudine,vel nutu Principis, &c. vt tradit Bartolus in *l.11. Cod.de dignit.* & *in cap.1. quis dicatur Dux,in vſibus feud.* Vide Reygerum in *theſauro Iuris, tit. ſeſſion.*8. *& ſeqq.* Et tamen communem hominum reputationem in materiâ præcedentiæ multum operari in terminis,tradit Baldus *conſil.*387.*col.*1. *lib.*1. per text. in *l.athletas,ff.de his qui not.infam.* Sequitur Boërius *deciſ.* 286.*num.*8. Idque comprobatur exemplo Nobilitatis, dignitatis & inſignitatis loci, quæ ex communi hominum opinione dignoſcuntur & determinantur: de quo vide Gratianum *deciſ.*111.*num.*74.75.

Digitized by Google

XIII.

IV. ORDO *Literæ*[a],ſeu ſcripturæ,cùm regulariter in materiâ præcedentiæ non attendatur,eamq; materiam *Brocardicam* qui cenſent rectè cenſeant, vt in quâ certum fundamentum conſtitui minùs poteſt; excipienda tamen ſunt hàc in re publica monumenta[b], veluti, Conſtitutiones, Diplomata, Concilia, Receſſus atque in his ſubſcriptiones[c]. Item Principum proviſiones[d] renunciationes ſeu nominationes, Principum literæ[e] ſeu reſcripta, & generaliter ea omnia quæ publicè priuatimve fiunt quâdam animi deſtinatione & certâ ſcientiâ. Quo in cenſu eſt & ordo rubricarum[f]. ¶ Idemque de *Picturis*[g] publicis antiquis ſtatuimus.

a Text. in *l.in his* 5. §. *vlt. & l.ſeq.ff.de ſolution.* & argum. *l.*77. § 12. *de legatis.* Et valde probo quod Valdeſius *cap.*3. *num.*1. ſcribit ex Felino, *cap.cum delicta, de reſcript.* Gloſſa *cap.ſi quis ex Epiſcopis, diſtinct.*79. Paciano, *lib.*2. *de probat. lib.*2. *cap.*25. *num.*75.79. quando prior nominatio non eſt facta ad ordinem inducendum, ſed ex quadam ſimplici & enunciatiuâ demonſtratione perſonarum vel locorum, tunc non ſumi argumentum ab ordine literæ : & exempla apponit ex *cap.* 2. *de iudiciis : cap.paſtoralis, de conceſſ.præbend. cap.fin.de offic.deleg in* 6. Vide ad hanc rem caput ſingulare Goldaſti 23. *Seniorís lib.*1. Everhard. *in Topicis loco ab ordine, num.*13.14.15.

Alexandrum de Imola, *in l.cum quid, ff. de rebus creditis.* Dominicum in *cap. Epiſcopo* 17. *diſt.* Felinum in *rubr. de maior. & obed.* & in *cap. cum dilecta, de reſcript.* Decium *conſil.* 161. *col.* 1. *ad fin.* Boërium, *de auctorit. magni conſilij, num.* 172. Chaſſanæum, *parte* 1. *conſid.* 17. *&* 79. *verſ. Tertius eſt ordo:* & parte 4. *conſid.* 21. 32. *ibi. Primo ergo:* item, *Secundo:* & *conſid.* 52. *ibi Nono &* 73. *& pag.* 179. *& part.* 8. *num.* 14. Signorolum, *conſil.* 23. Decianum, *vol.* 3. *reſp.* 19. *nu.* 123. Pacianum, *lib.* 2. *de probation. cap.* 25. *nu.* 73. *&* 77. Iacobum Porta in *allegationib. in cauſa præcedentiæ inter Abbates S. Auguſtini & S. Benedicti, num.* 57. *&* 58. Rodolphinum de Sabloneta, *de dignitate Ducum Italiæ nu.* 289. *ad num.* 294. & alios auctores, quos citat Goldaſtus in *Seniore dict. loco, num.* 2. ¶ Quare apparet, quid ſtatuendum ſit de *cap.* 2. *Valdeſij*, ac maximè *num.* 30. cui pro magno eſt, quædam loca ſubnotaſſe, etiam ex Tertulliano, Irenæo, Hieronymo, Iuſtiniano, vbi Hiſpania ante Galliam nominatur, & quidem ex privatis monumentis nonnulla, alia ex eo æuo, quod ab hoc inſtituto eſt alienum, vt ex *theſi* 5. liquet. ¶ Triplex autem huiuſce rei ratio reddi poteſt: Prima quòd ſcriptores contenti ſimpliciter enunciare & demonſtrare perſonas & locos, de ordine minùs ſunt ſolliciti. Secunda, quòd non omnes paſſim in præcedentiæ materiâ eruditi ſint. Tandem quia & *retrogrado* ſæpe & inverſo more nonnulli à minoribus ad majores aſſurgere eadem oratione ſæpe ſolent: vt à Sozomeno factum *lib.* 1. *cap.* 16. contendit Cardin. Perronius *adverſ. R. Britanniæ, lib.* 1. *cap.* 35. *pag* 279. 280. Neque his obloquuntur tot textus Iuris, in quibus argumentum ab ordine literæ deſumitur, inter quos ſunt *lex* 12. §. 3. *de legat.* 1. *l.* 8. §. 4. *l.* 14. *l.* 77. §. 32. *de legat.* 2. *l.* 60. 83. *de hæred. inſtit. l.* 1. *de fideicommiſſ. hær. petit. l.* 57. §. 2. *ad Trebellian. l.* 24. §. 17. *de fideicommiſſ. lib. l.* 24. *qui & à quibus manumiſſ. l.* 34. *in princ. de vſufructu.*

b Ibi ſcilicet prior deſcriptus in ſcriptura debet poſteriori præferri, cùm in illo præſumatur major dignitas: text.in *l.1.ff.de albo ſcrib.* Albericus, *ad leg.inter claras, C.de ſumm.Trinit.* Peregrin. *conſil.3.num.60.* Signorolus, *conſil.28. num.15.* Paris, *conſil.38.num.1.vol.4.* Non. *conſil.71. num.36.* Pancirol. *conſil.6. num.16.* Collegium Patavinum, *poſt conſil.Zabar.conſil.2. num.67.* Collegium Ferrarienſ. *conſil.3. num.25.* Boërius *tract.de auctorit.magni conſil. num.52.60.86.* Rot.Rom. in *noviſſim. deciſ.518. num.3. part.1.* Maceratenſis, *reſolut.31.num.1.* Ita & in titulis Principum majores fermè dignitates præmittuntur: veluti Pontificis maximi ante Dictatoris & Conſulis: vnde argumentum ad præcedentiam vide Guther. *de Iure Pontif. lib.1. cap.11.* Ad id quod de publicis monumentis dixi refero, 1. Album decurionum, *l.1. ff.de albo ſcrib.* 2. Notitias veteres ſeu antiquas deſcriptiones provinciarum & civitatum, ad quas pro honore Eccleſiæ Catalaunorum provocabat Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus, *epiſt.62.* eò quòd in antiqua deſcriptione provinciæ Belgicæ ſecundum ipſa civitas à Remenſi locum habebat. Non idem verò dicendum ſemper de ordine titulorum, vt rectè cenſet Menochius *conſil.51. num.35.* etſi hoc argumenti genere ſæpe rectè vtamur: & vtantur Bartolus, Decius, Boërius, *tract.de ordin grad.vtriuſque fori, part.2.num.24.* & Alciatus, *rubr. extr.de offic.ordin. num.1.* 3. Eodem pertinent & vetuſta provincialia omnium Eccleſiarum Cathedralium Romæ excuſa; in quibus omnibus, v. gr. Rex Franciæ primus collocatur. Vide *les lettres d'vn François, pag.7.* ita IMPERATORES *Chriſtianorum, Imperator Romanorum, Imperator Conſtantinopolitanus:* REGES *Chriſtianorum, Rex Francorum, Rex Angliæ, Rex Caſtellæ, & Legionis,* &c. Id quod Albericus de Roſate, Alvarotus aliique Doctores exteri teſtantur ſe etiam Romæ legiſſe in libro antiquo, cui titulus *Liber Romanæ Eccle-*

Digitized by Google

ſiæ, & per Martinianam confirmari. Idque etiam videre eſt in libro, cui titulus *Regiſtrum Romæ Curiæ.* Idémque ordo obſervatus in Conciliis, quinimò & in Synodo Romanâ ſub Iulio II. & Leone X. idem auctor *des lettres d'vn François, pag.*8.9. 4. Eodem pertinet & ordo Regum & Principum Chriſtianorum anno Domini 1504. ſub Pontifice Iulio II. & eius Magiſtro ceremoniarum Paride de Graſſis Bononienſe. 5. Huc pertinet & Leonis Imp...... *de ordine Eccleſiarum throno Conſtantinopol. ſubjectarum*, apud Leunclavium *libro cui titulus Ius Græco-Romanum.* 6. Eodem ſpectat & ſtylus Curiæ Romanæ ab Hieronymo Paulo conſcriptus, & à Papa approbatus: de quo vide Menochium *conſil.* 51. *num* 36. *& conſil.*157. *num* 53. &c. Non idem vbique dicendum *de Notitia Imperij*, ſeu Breviario Theodoſij junioris: vbi ſanè ſitus ratio aliquando habita, adverſus Valdeſium, *cap.*2. *num.*31. ¶ Ad Petri etiam Primatum (ordinis ſcilicet) facilè patior ex S. Scriptura deſumi argumentum ab ordine literæ: de quo vide Bellarminum, *lib.*1. *de Romano Pontifice cap.*18. & Chamier. *lib.*11. *cap.*15. *numer* 19.20.21. Sed cum ſale προθιωρίας 7. Præterquàm quod neque perpetuum id, vt Petrus cæteris præferatur: nam imò tribus locis poſtponitur, 1.*ad Corinth.*3. 2.*ad Galatas* ỳ. 9. *Ioannis* 1. Huc refero quod Albericus de Roſate ſcribit *ad leg.inter claras*, *nu.* 6. ſe vidiſſe determinatum, Archiepiſcopum Mediolanenſem, maiorem & digniorem eſſe Archiepiſcopo Ravennatenſi, quia in antiquis ſcripturis reperiebatur ipſum præponi, argum. *in decretis* 24. *quæſt.*1. *cap.alienus* & ibi not. & 63.*diſtinct. cap.ſic rector, & ibi gloſſ.* & videtur text. *inde cap.fin.& 96.diſt. bene quidem, & ibi gloſſ.* & per Archidiacon. *&* 17.*diſt.* §. *illud*, *in gloſſ.* & per hoc etiam *l.* § *quibus de nouo Cod. comp.* ibi primis quidem. ¶ Huc item refero illam Bullarum Papalium formam Leonis X. A. D. 1516. *Maximilianus in Imper. electus*, *clariſ-*

clariſſimæ memoriæ Ludovicus Francorum, & cæteri Reges. Et eiuſdem Bullam *Ite & vos*, A.D.1517. *Continuis Principum Chriſtianorum Maximiliani in Imperatorem electi, & Franciſci Chriſtianiſſimi Francorum, ac Caroli Catholici Hiſpaniarum, &c. Regum illuſtrium.* Item illud Pauli III. in Bulla A.D.1542. & 1543. (pro indictione & ſuſpenſione Concilij Tridentini) *Chariſſimos*, inquit, *in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imper. ſemper Auguſtum, & Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum duo præcipua Chriſtiani nominis firmamenta atque ſubſidia, nec non cæteros Reges, Principes, Duces*, &c. ¶ Huc refero libros Exemptionis clericorum Papiæ: de quo vide Maceratenſ. *reſol.*81. *num.*1. Eodem ſpectat & liber Pontificalis ſeu Curiæ ceremonialis, qui liber etiam in deciſivis tanquam authenticus allegari poteſt: vt atteſtatur Pauin. *in tractatu de poteſt. capituli ſede vac.* Ioan. Andr. & Hoſtienſ. *cap. conſuluit, de ſervit. non ordin.* & notavit Io. Picardus *inter conſil. Menoch. conſil.*52. *num.*143. & ſequitur idem Menoch. *conſil.*902. *num.*71. & Gratianus, *diſcept.* 111. *num.*7. & Rubeus, *inter diſcept.* Gratia. *cap.*298. *num.* 27.28.83. Eodem pertinet & Rituale Romanum de quo Rubeus *d. loco, num.*81.82.83.

c Ita in Germania ordo dignitatum deſumitur ex *ſubſcriptionibus Receſſuum*: Knichen. *de Saxon non prou. iure, cap.*2. *num.*117. *& ſeqq.* contra quod tamen vide quæ ſcribit Warem. de Erenb. *de fœderibus, num.*159. Sed & obſervat rectè pro-patruus meus Præſes Falcherus, ex veteri conſuetudine Reges Franciæ Synodis Gallicanis poſtremos ſubſcripſiſſe.

d Nominatus prior à Rege in eodem privilegio & prouiſione cæteros præcedere debet: ita dixit Gloſſa, *in cap. bene quidem 96. diſt. in verbo Mediolani, in cap. quorundam, in verbo prædicatorum, de electione in 6.* Vide & Maſtrillum *lib.*4. *de Magiſtratibus, cap.*14. *num.*48. Ita & Cicero primus Cos. faſces ante Antonium geſſit, eò

Digitized by Google

quòd prior renunciatus fuiſſet : prioris igitur renunciationis (vt ipſemet loquitur *pro Murena*) vis hæc eſt.

e Hinc infertur ad dignitatem & præeminentiam, vt perſonarum ita & dignitatum. Priórque hæc nominatio maiorem arguit dignitatem, ſicut Gloſſ. ſcribit §. *vlt. Auth.de defenſ.ciuit.* & in *Clement.*1. *de baptiſmo.* Baldus in *Auth.hoc amplius,col.vlt. C.de fideicommiſſ.* Decius *conſil.*161. *col.*2. *verſ.quarto :* & in *cap.auaritia, colum.*1. *de præbend.* vbi teſtatur communem eſſe opinionem. Alciatus *in rubr. extr. de offic. ordin. num.*1. Boërius *de auctorit. magni conſil. num.* 140. 141. qui ſimilibus comprobat : ſic & Gloſſ. *in cap.quorundam, in verb. prædictorum, de elect. in* 6. ſcribit, præeminentiam cognoſci ex inſcriptione reſcripti : & Gloſſam illam ſecuti ſunt Boërius *præcitato loco,*& Marinus Freccia *d.capite* alia etiam fuit, *num.*3. Inde infert Menochius *conſil* 902. *num.* 48. ad probandum Præſidem Regium redituum extraordinariorum eſſe præferendum Senatori Regio antè eâ dignitate decorato, quia cùm Rex Hiſpaniarum reſcribit literáſque dat ad hunc Præſidem præmittere ſolet Præſidis nomen : ita, *Magnifico Præſidi & Senatori.*

f de hoc argumento ad prælationem, ex ordine rubricarum, poſt Gloſſam & alios vide Everardum in Topicis legalibus locis 2. *ab ordine rubricarum,num.*2. & loco 92. *à rubr. num.*4.

g Ita videre eſt in omnibus veteribus per Italiam, Germaniam, Angliam, Hiſpaniam, &c. picturis Reges Franciæ omnium primos depictos : vide *les lettres d'vn François*, &c. *pag.*6.

XIV.

Argumentum etiam huc facit, *ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te.*

Digitized by Google

Text. *l.de acceſsionibus*, *w. de diu.& temp.praſcr. cap.dilectus, de offic.deleg.* Gloſſ. in *l.vſucapi. cap.de pignor.* Socin.ſen. *conſil.28. num.4. & num.29. lib.4* Aretin. *conſil.158. col.1.* Cravetta *conſil.243. num.6.* De hoc vide Menochium *conſil.126. num.25.* & 257. *num.27.*

CAPVT TERTIVM.

De *EXTRINSECIS.*

XIV.

HACTENVS & de ipſa dignitatis Subſtantia ad Præcedentiam ſpectanda : & de Præjudiciis, ex quibus de præcedentia iudicium fieri poteſt. Veniant ſub manum nunc *Extrinſeca :* quæ vel à Natura, vel à Temporis antiquitate ſeu prioritate, vel à Fortuna, vel à Meritis, vel etiam aliunde profluunt. Deque his videndum ſingulis, vtrum ad præcedentiam quid faciant. ¶ A *Natura* quæ profluunt; voco, Ætatis, Officiorum, Naturalium tum & Natalium, & dignitatis naturalis rationem, *Ætatis* igitur ſenioris [a] ſeu Senectutis, item Patriæ poteſtatis [b], aliorúmque Officiorum [c] ratio in publicis controverſiis præcedentiarum regulariter non ſpectatur, ſed tribus tantùm caſibus. Primùm, in obſcuro [d].

Secundò [e] cæteris vndiquaque paribus; datâ, (inquam) paritate dignitatis & temporis: Nam vbi omnimoda æqualitas eſt, naturales, & genuini rurſum honores exoriuntur. Tertiò, ſed [f] & ad componendas controverſias inter plures eiuſdem familiæ Principes diverſarum linearum hodie vſurpatus mos hic eſt in Germaniâ, vt non habita ratione propinquioris ad ſucceſſionem ſpei, prout quiſque ætate provectior eſt & ſenior, ita & cæteris præferatur. In domeſticâ [g] equidem re vitaque privata, extra Rempublicam, genuini ſeu naturales honores locum obtinent.

a Neque enim illud hic valet, *Qui redit ad faſtos & virtutem æſtimat annis.* Et firmatur hoc principium illuſtri exemplo Philippi Ducis Burgundiæ, qui quòd primus Par Franciæ ſeu Parium Decanus eſſet, Fratri Duci Andium, & Regis & procerum decreto prælatus fuit: adeò quidem vt cùm Andius proximum Regi locum occupaſſet, medium ſeſe inter Regem & Andium audaci facto medio convivio intulerit, vnde *Audacis* nomen ei inditum: quod memorant Gaguinus *lib.9. cap.* 1. & ex eo Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi, parte* 5. *conſid.*45. Boërius *de auctoritate magni conſily* 107. 110. & Haillanius *lib.*17. *hiſtor. Francic.* ¶ Exemplum & in Regina vxore Reginæ Matri præferenda, de quo vide Chaſſanæum *part.*5. *conſid.*39. & 40. Rupanum, *des Parlements.* ¶ Quæ contra notantur operosè de prærogatiua ætatis ex legibus, & ſcriptoribus, vel à Goldaſto,

vel

vel à Menochio, *conſil.126. num.21.22.* ea non ad publicum præcedentiæ jus pertinent, verùm Reverentiam & Curialitatem quandam indicant, quæ ſalvo, præcedentiæ iure, etiam publicè inferioribus, ſalvâque dignitate, exhiberi poteſt. Vt proinde operam hâc in re luſerit Goldaſtus, qui hujuſmodi Reverentiæ exempla in præcedentiæ argumentum, quamplurima, magno equidem labore, congeſſit. De quo vide *quæ ſuprà th.10. lit.b.*

b *Patria poteſtas* hîc non inſpicitur. Nam quoad jus publicum, ſeu in publicis cauſis non ſequimur jus poteſtatis patriæ: text. *in l.9. ff. de his qui ſui, & l.14. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* Gellius, *lib.2. cap.2. In publicis locis*, inquit, *atque actionibus Patrum Iura cum filiorum qui in magiſtratu ſunt poteſtatibus collata interquieſcunt & connivent.* Huc ſpectat exemplum Sempronij Gracchi Proconſ. & Q. Fabij Maximi filij eius cos. qui patrem per lictorem equo deſcendere iuſſit, qui mox filium eo nomine collaudauit, quòd Imperium quod populi eſſet retineret, vt idem Gellius *ibidem* refert ex lib.6. Annal. Claudij Quadrigarij: Sed & Livius *lib.24.* Valerius Maximus *lib.2. cap.2. num.4.* (Quod hac ſententia claudit. *Publica instituta privata pietate potiora*) Plutarchus *in vita Fabij Maximi.* Huc facit & exemplum Iohannis Regis Arragonum P. & Ferdinandi Regis Caſtellæ F. Nam quia Caſtellæ Reges primas tenent inter Reges Hiſpaniarum, cùm Victoriæ conveniſſent, de rebus ad vtriuſque regnum pertinentibus conſulturi, vrbem pater ingreſſus eſt filio ad dextram incedente, vt Hiſtoriæ Hiſpanicæ memorant: & in his Antonius Nebriſſenſis *in Hiſtoria Regum Catholicorum, decade 1. lib.7. cap. 10.* Vide & Onciaci libellum *de la precedence de la Nobl. pag.62.63.64.65.66.* Loiſeau des offices, *lib.1. cap.7. num. 13.14.* Vide & aliam ſimilem controverſiam apud Hieronymum Suritam *Annal. lib.12. cap.66. & lib. 14. cap.16.*

Digitized by Google

26.40.45. vide & Menoch. *conſil.* 126. *num.* 17. Quare errauerit Laurentius Celſi Venetorum Ducis pater, qui filio recens Duci creato obviam procedere recuſauit, ne coram filio caput detegere, & patriam poteſtatem vilem facere cogeretur. ¶ Hinc & filius Epiſcopus præfertur parenti, de quo vide auctores apud Menoch. *conſil.* 902. *num.* 36.

c Alius eſt officiorum ordo ſeu gradus, alius præcedenciæ publicæ, vide Gellium *lib.* 5. *cap.* 13.

d Vide Mareſchallum *tract. des droits honorifiq. pag.* 54. 55.

e Vide Aretinum *conſil.* 23. *num.* 10. Langlæum 7. *Semeſtr.* 7. Ita è duobus Conſulibus Senior primus faſces gerebat, vt docet Valerius Maximus *lib.* 1. *cap.* 1. Plutarchus *in vit. Publicolæ.* Quinimò & cap. 7. legis Iuliæ priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas fiebat ei, qui plures annos natus eſſet, cæteris vndiquaque paribus, id eſt, ſi ambo & mariti & patres totidem liberorum eſſent; tum enim ille priſtinus honor ſenectuti debitus inſtaurabatur, & qui maior natu erat prior faſces ſumebat, teſte Gellio *lib.* 2. *cap* 15. Vide & exemplum aliud apud Auctorem libri *des droits honorifiques*, *pag.* 54. 55. & aliud *pag.* 85.

f Exempla paſſim in lineis Electoralibus, Bohemica, Palatina, Saxonica, Brandeburgica: ſed & in illuſtriſſima Badenſi, Brunſuicenſi, quæ Anton. Colerus conquiſiuit, *diſſertat. de Iure Imperij Germ. ſect.* 69. Et ſingularibus in id ſcriptis pro Vimarienſibus Matthæus Wackerus, Hegenmullerus, Goldaſtus *in Seniore* & *in diſcurſu exoterico*, hoc vnico fine, vt probent, ex conſuetudine & quotidiana obſervantia in materia præcedentiæ non conſiderari ius primogenituræ ſeu ius repræſentationis in primogenitura, inter Principes vnius familiæ, diverſarum tamen linearum; verum majoratum ſeu prærogativam ſenioris ætatis. De quo etiam aliquid ſupra *th.* 4.

g Gel-

g Gellius *dicto lib.2. cap.2.* Ita quidem vt Familiæ Nobilitatem, & Divitias ætas olim ſemper præverterit. Quò pertinent quæ prolixè ex Philoſophis, moribus Gentium, populi Iudaici, Lacedæmoniorum (vnde proverbium illud ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν) Athenienſium, Romanorum, Arabum, Germanorum cumulat de honore & cultu, imò & præcedentiâ ſenectuti debitâ Goldaſtus *lib.1. Senioris cap.2.3.&c.* ¶ Hinc quæritur, ſi teſtator hæredi ſuo maiorem de domo ſuâ ſubſtituerit, quis intelligatur, an ratione ætatis, an bonorum adminiſtrationis. Vide Menochium *2. de arbitr. caſu* 114.

XV.

Nobilitas Generis, ſeu Natalium & ſanguinis, Familiæ antiquitas[a], Dignitatis ſucceſſio[b], dum tamen certa, dataque paritate, præcedentiam proculdubio tribuit. Sed & inter Nobiles, genere Nobilis præferendus eſt[c].

a Huc ſpectant tractatus *de Nobilitate* Tiraquelli, Oſorij, Garſiæ, & Nolden *de ſtatu Nobilium*, & quæ Natta *conſil.638. à num.24. ad 29.* & Menochius *conſil.126. num. 36. in fin.* Et vtuntur textu *l.6. §.9. verſic. ſed & Anatolium, Cod. de vet. iure enucl. & l.3. C. de commerciis.* Item text. Feudorum *lib.2. tit.27. §. ſi ruſticus, verſic. ſi miles, de pace tenenda.* Non item rectè probatur ex *l.7. Cod. de poſtul.* Vide & Sueton. *in Caligula*, vbi de contentione Regum ſuper dignitate & ſplendore generis. Huc pertinet *Nouorum* hominum appellatio pro plebeis. Super hac re conſule & Valdeſium *de dignitat. Hiſpan. cap.15.* & Knichen *de Saxonico non prouocandi iure, cap. 2. num.19.* Onciacum, *de la precedence de la Nobleſſe pag.*

Digitized by Google

168. 169. ¶ De Nobilitatis antiquitate DD. illud non aſpernandum, *à Nobilitato incipere, in filiis pubeſcere, in nepotibus adoleſcere, in pronepotibus perfectam ætatem conſequi.* Item illud, *fluminum inſtar Nobilitatem quò longiùs procedat eò magis augeri.* ¶ Incertam & fabuloſam antiquitatem & Nobilitatem excludo, quæ plerunque ficta & pro cujuſque ingenio celebrata, vt eſt eorum Principum, qui Troiani aut Romani eſſe volunt inani opinione; de quo vide Irenicum, *exegeſi Germaniæ lib.*3. *cap.*2. Knichen *dicto cap.*2.*num.*47. Troianum Bocalini *cent.* 1. *Ragg.* 50. ¶ Item inter conſtitutos in dignitate ſi diſparitas ſit temporis, id eſt, promotionis ad dignitatem, Nobilitas non attenditur: vide Chaſſan. *part.*8. *conſid.*7. *&* 27. Item, ſi officij maior penes alium dignitas ſit: Piſtor. *conſil.*51. *num.*41. *vol.*1. quod pro Electoribus adverſus Ducem Burgundiæ vrget Arumæus *in cap.*6. *aurea bulla, thi. pag.*191. ¶ De Nobili genere præferendo codicillari vide & Chaſſan. *part.*8. *conſid.*31. & Mareſchallum *des droits honorifiques, pag.*60.62.63. Tandem de privilegio Nobilitatis in præcedentiæ Iure, vide Nolden *de ſtatu Nobilit. cap.*10. §.1. vbi vide textus & Auctores plures. Sanè hac parte conſuetudinem plurimum habere momenti inter alios ſcribunt Gailius, 1.*obſeru.* 21. *in fin.* & Melchior Alciatus, *de præcedentia, num.*96. *& ſeq.* &c. ¶ Item de antiquiore Nobili præpræferendo vide Nolden *de ſtatu Nobilium, cap.*15. §.3. ¶ Huc pertinet & in eadem familia diutiſſimè durantis & conſtantis Regni, ſive dignitatis perennantis, ratio. ¶ Et vtroque etiam nomine, Antiquitatis, inquam, familiæ & diutiſſimè perennantis Regiæ dignitatis, Reges Franciæ cæteris omnibus præferuntur: quò pertinet alioquin illud Pij II. *in hiſtoriâ Bohemicâ, cap.*69. vbi diſertè Gallorum Regi Gloriam primi inter Chriſtianos ſanguinis tribuit. Ac nominatim hâc etiam ratione præferuntur Regibus Hiſpaniæ: qui vt

à Ru-

à Rudolpho, Rege Romanorum electo anno 1273. deſcendunt, ita ſi vltra Rudolphum aſſurgas, reperies primùm ortos à Comitibus de Tierſteim in Helvetiâ, inter Solodurum & Baſileam : qui mutato poſteà per affinitatem nomine, Comites Habſpurgij dicti, vel etiam Landgravij inferioris Alſatiæ, tandem Duces Auſtriæ, vbi videlicet Auſtriâ potitus Rudolphus I. Quod luci claro oſtendit vetus Genealogia Comitum Habſpurgi ſcripta primùm circa annum Dom. 1142. mox continuata ad annum 1240. quam à 1618. Lucernenſis Senator quidam extulit cum memorialibus fundationis Monaſterij Murenſis, libro, cui titulus *Origines Murenſis Monaſterij*: de quo vide plenè librum, *de la vraye origine de la maiſon d'Auſtriche imprimé l'an* 1624. & *les lettres d'vn François, pag.*16.17.

b Ita tradunt, filium Doctoris præferri alij Doctori, qui non habuit patrem Doctorem, Gloſſ. *in l.jubemus*, *in verb.ſumptibus*, *C.de aduoc.diu.iudic.* & Bald. in *l.nemini*, *in fin. C.de advoc. diu.Iudic.* & in *l.Gallus*, §. *quidam rectè* *2.quæſt.* *&c.de lib.& poſthu.* Laud. *tractatu de dignitat. concluſ.*17.

c Si Politica principia ſpectes, quæ ab Ethicis hìc diſparata.

XVI.

Antiquitas [a] ſeu *Prioritas* Regni, Principatus, Reipublicæ hodiernæ [b], Patriciatus [c] inſtituti aut Tituli [d] adepti, præcedentiam inter pares tribuit, ætatis [e] ratione etiam poſthabita: Ita quidem, vt hæc prioritas ſeu antiquitas in ſe ſpectetur, non [f] an inter contendentes alter priùs ad Regnum vel Ducatum pervene-

ſiæ, & per Martinianam confirmari. Idque etiam videre eſt in libro, cui titulus *Regiſtrum Romæ Curiæ.* Idémque ordo obſervatus in Conciliis, quinimò & in Synodo Romanâ ſub Iulio II. & Leone X. idem auctor *des lettres d'vn François, pag.* 8.9. 4. Eodem pertinet & ordo Regum & Principum Chriſtianorum anno Domini 1504. ſub Pontifice Iulio II. & eius Magiſtro ceremoniarum Paride de Graſſis Bononienſe. 5. Huc pertinet & Leonis Imp...... *de ordine Eccleſiarum throno Conſtantinopol. ſubjectarum*, apud Leunclavium *libro cui titulus Ius Græco-Romanum.* 6. Eodem ſpectat & ſtylus Curiæ Romanæ ab Hieronymo Paulo conſcriptus, & à Papa approbatus: de quo vide Menochium *conſil.* 51. *num* 36. *& conſil.* 257. *num* 53. &c. Non idem vbique dicendum *de Notitia Imperij*, ſeu Breviario Theodoſij iunioris: vbi ſanè ſitus ratio aliquando habita, adverſus Valdeſium, *cap.* 2. *num.* 31. ¶ Ad Petri etiam Primatum (ordinis ſcilicet) facilè patior ex S. Scriptura deſumi argumentum ab ordine literæ: de quo vide Bellarminum, *lib.* 1. *de Romano Pontifice cap.* 18. & Chamier. *lib.* 11. *cap.* 15. *numer* 19. 20. 21. Sed cum ſale προϑεωρίας 7. Præterquàm quod neque perpetuum id, vt Petrus cæteris præferatur: nam imò tribus locis poſtponitur, 1. *ad Corinth.* 3. 2. *ad Galatas* ℣. 9. *Ioannis* 1. Huc refero quod Albericus de Roſate ſcribit *ad leg. inter claras, nũ.* 6. ſe vidiſſe determinatum, Archiepiſcopum Mediolanenſem, maiorem & digniorem eſſe Archiepiſcopo Ravennatenſi, quia in antiquis ſcripturis reperiebatur ipſum præponi, argum. *in decretis* 24. *quæſt.* 1. *cap. alienus* & ibi not. & 63. *diſtinct. cap. ſic rector, & ibi gloſſ.* & videtur text. *inde cap. fin. &* 96. *diſt. bene quidem, & ibi gloſſ.* & per Archidiacon. & 17. *diſt.* §. *illud, in gloſſ.* & per hoc etiam *l.* § *quibus de nouo Cod. comp.* ibi primis quidem. ¶ Huc item refero illam Bullarum Papalium formam Leonis X. A. D. 1516. *Maximilianus in Imper. electus, clariſ-*

Digitized by Google

clariſſimæ memoriæ Ludovicus Francorum, & cæteri Reges. Et eiuſdem Bullam *Ite & vos*, A.D.1517. *Continuis Principum Chriſtianorum Maximiliani in Imperatorem electi, & Franciſci Chriſtianiſſimi Francorum, ac Caroli Catholici Hiſpaniarum, &c. Regum illuſtrium.* Item illud Pauli III. in Bulla A.D.1542. & 1543. (pro indictione & ſuſpenſione Concilij Tridentini) *Chariſſimos*, inquit, *in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imper. ſemper Auguſtum, & Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum duo præcipua Chriſtiani nominis firmamenta atque ſubſidia, nec non cæteros Reges, Principes, Duces*, &c. ¶ Huc refero libros Exemptionis clericorum Papiæ: de quo vide Maceratenſ. *reſol.*81. *num.*1. Eodem ſpectat & liber Pontificalis ſeu Curiæ ceremonialis, qui liber etiam in deciſivis tanquam authenticus allegari poteſt: vt atteſtatur Pauin. *in tractatu de poteſt. capituli ſede vac.* Ioan. Andr. & Hoſtienſ. *cap. conſuluit, de ſervit. non ordin.* & notavit Io. Picardus *inter conſil. Menoch. conſil.*52. *num.*143. & ſequitur idem Menoch. *conſil.*902. *num.*71. & Gratianus, *diſcept.* 111. *num.*7. & Rubeus, *inter diſcept.* Gratia. *cap.*298. *num.* 27.28.83. Eodem pertinet & Rituale Romanum de quo Rubeus *d. loco, num.*81.82.83.

c Ita in Germania ordo dignitatum deſumitur ex *ſubſcriptionibus Receſſuum*: Knichen. *de Saxon non prou. iure, cap.*2. *num.*117. *& ſeqq.* contra quod tamen vide quæ ſcribit Warem. de Erenb. *de fœderibus, num.*159. Sed & obſervat rectè pro-patruus meus Præſes Falchetus, ex veteri conſuetudine Reges Franciæ Synodis Gallicanis poſtremos ſubſcripſiſſe.

d Nominatus prior à Rege in eodem privilegio & prouiſione cæteros præcedere debet: ita dixit Gloſſa, *in cap. bene quidem* 96. *diſt. in verbo Mediolani, in cap. quorundam, in verbo prædicatorum, de electione in* 6. Vide & Maſtrillum *lib.*4. *de Magiſtratibus, cap.*14. *num.*48. Ita & Cicero primus Cos. faſces ante Antonium geſſit, cò

Digitized by Google

quòd prior renunciatus fuiſſet : prioris igitur renunciationis (vt ipſemet loquitur *pro Murena*) vis hæc eſt.

e Hinc infertur ad dignitatem & præeminentiam, vt perſonarum ita & dignitatum. Priórque hæc nominatio maiorem arguit dignitatem, ſicut Gloſſ. ſcribit §. *vlt. Auth.de defenſ.ciuit.* & in *Clement.*1. *de baptiſmo*. Baldus in *Auth.hoc amplius,col.vlt. C.de fideicommiſſ.* Decius *conſil.*161. *col.*2. *verſ.quarto* : & in *cap.auaritiæ, colum.*1. *de præbend.* vbi teſtatur communem eſſe opinionem. Alciatus *in rubr. extr. de offic.ordin. num.*1. Boërius *de auctorit.magni conſil. num.* 140. 141. qui ſimilibus comprobat : ſic & Gloſſ. *in cap.quorundam, in verb.prædictorum, de elect. in* 6. ſcribit, præeminentiam cognoſci ex inſcriptione reſcripti : & Gloſſam illam ſecuti ſunt Boërius *præcitato loco*, & Marinus Freccia *d.capite* alia etiam fuit, *num.*3. Inde infert Menochius *conſil.*902. *num.* 48. ad probandum Præſidem Regium redituum extraordinariorum eſſe præferendum Senatori Regio antè eâ dignitate decorato, quia cùm Rex Hiſpaniarum reſcribit literáſque dat ad hunc Præſidem præmittere ſolet Præſidis nomen : ita, *Magnifico Præſidi & Senatori.*

f de hoc argumento ad prælationem, ex ordine rubricarum, poſt Gloſſam & alios vide Everardum in Topicis legalibus locis 2. *ab ordine rubricarum,num.*1. & loco 92. *à rubr.num.*4.

g Ita videre eſt in omnibus veteribus per Italiam, Germaniam, Angliam, Hiſpaniam, &c. picturis Reges Franciæ omnium primos depictos : vide *les lettres d'vn François*, &c. *pag.*6.

XIV.

Argumentum etiam huc facit, *ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te.*

Digitized by Google

Text. *l. de acceſſionibus, ꝟ. de diu. & temp. præſcr. cap. dilectus, de offic. deleg.* Gloſſ. in *l. vſucapi. cap. de pignor.* Socin. ſen. *conſil.* 28. *num.* 4. & *num.* 29. *lib.* 4 Aretin. *conſil.* 158. *col.* 1. Cravetta *conſil.* 243. *num.* 6. De hoc vide Menochium *conſil.* 126. *num.* 25. & 257. *num.* 27.

CAPVT TERTIVM.

De *EXTRINSECIS.*

XIV.

HActenvs & de ipſa dignitatis Subſtantia ad Præcedentiam ſpectanda: & de Præjudiciis, ex quibus de præcedentia iudicium fieri poteſt. Veniant ſub manum nunc *Extrinſeca:* quæ vel à Natura, vel à Temporis antiquitate ſeu prioritate, vel à Fortuna, vel à Meritis, vel etiam aliunde profluunt. Deque his videndum ſingulis, vtrum ad præcedentiam quid faciant. ¶ A *Natura* quæ profluunt; voco, Ætatis, Officiorum, Naturalium & Natalium, & dignitatis naturalis rationem, *Ætatis* igitur ſenioris [a] ſeu Senectutis, item Patriæ poteſtatis [b], aliorúmque Officiorum [c] ratio in publicis controverſiis præcedentiarum regulariter non ſpectatur, ſed tribus tantùm caſibus. Primùm, in obſcuro [d].

Secundò [e] cæteris vndiquaque paribus; datâ, (inquam) paritate dignitatis & temporis: Nam vbi omnimoda æqualitas eſt, naturales, & genuini rurſum honores exoriuntur. Tertiò, ſed [f] & ad componendas controverſias inter plures eiuſdem familiæ Principes diverſarum linearum hodie vſurpatus mos hic eſt in Germaniâ, vt non habita ratione propinquioris ad ſucceſſionem ſpei, prout quiſque ætate provectior eſt & ſenior, ita & cæteris præferatur. In domeſticâ [g] equidem re vitaque privata, extra Rempublicam, genuini ſeu naturales honores locum obtinent.

a Neque enim illud hic valet, *Qui redit ad faſtos & virtutem æſtimat annis*. Et firmatur hoc principium illuſtri exemplo Philippi Ducis Burgundiæ, qui quòd primus Par Franciæ ſeu Parium Decanus eſſet, Fratri Duci Andium, & Regis & procerum decreto prælatus fuit: adeò quidem vt cùm Andius proximum Regi locum occupaſſet, medium ſeſe inter Regem & Andium audaci facto medio convivio intulerit, vnde *Audacis* nomen ei inditum: quod memorant Gaguinus *lib.9. cap.* 1. & ex eo Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi*, *parte* 5. *conſid.*45. Boërius *de auctoritate magni conſily* 107. 110. & Haillanius *lib.*17.*hiſtor.Francic.* ¶ Exemplum & in Regina vxore Reginæ Matri præferenda, de quo vide Chaſſanæum *part.*5. *conſid.*39.& 40. Rupanum, *des Parlements.* ¶ Quæ contra notantur operosè de prærogatiua ætatis ex legibus, & ſcriptoribus, vel à Goldaſto,

vel

Digitized by Google

vel à Menochio, *conſil.126. num.21.22.* ea non ad publicum præcedentiæ jus pertinent, verùm Reverentiam & Curialitatem quandam indicant, quæ ſalvo, præcedentiæ iure, etiam publicè inferioribus, ſalváque dignitate, exhiberi poteſt. Vt proinde operam hâc in re luſerit Goldaſtus, qui hujuſmodi Reverentiæ exempla in præcedentiæ argumentum, quamplurima, magno equidem labore, congeſſit. De quo vide *quæ ſupra th.10. lit.b.*

b *Patria poteſtas* hîc non inſpicitur. Nam quoad jus publicum, ſeu in publicis cauſis non ſequimur jus poteſtatis patriæ: text. *in l.9. ff. de hi qui ſui, & l.14. ff ad Senatuſconſ. Trebell.* Gellius, *lib.2. cap.2. In publicis locis*, inquit, *atque actionibus Patrum Iura cum filiorum qui in magiſtratu ſunt poteſtatibus collata interquieſcunt & connivent.* Huc ſpectat exemplum Sempronij Gracchi Proconſ. & Q. Fabij Maximi filij eius cos. qui patrem per lictorem equo deſcendere iuſſit, qui mox filium eo nomine collaudauit, quòd Imperium quod populi eſſet retineret, vt idem Gellius *ibidem* refert ex lib.6. Annal. Claudij Quadrigarij: Sed & Livius *lib.24.* Valerius Maximus *lib.2. cap.2. num.4.* (Quod hac ſententia claudit. *Publica inſtituta privata pietate potiora)* Plutarchus *in vita Fabij Maximi.* Huc facit & exemplum Iohannis Regis Arragonum P. & Ferdinandi Regis Caſtellæ F. Nam quia Caſtellæ Reges primas tenent inter Reges Hiſpaniarum, cùm Victoriæ conveniſſent, de rebus ad vtriuſque regnum pertinentibus conſulturi, vrbem pater ingreſſus eſt filio ad dextram incedente, vt Hiſtoriæ Hiſpanicæ memorant: & in his Antonius Nebriſſenſis *in Hiſtoria Regum Catholicorum, decade 1. lib.7. cap. 10.* Vide & Onciaci libellum *de la precedence de la Nobl. pag.62.63.64.65.66.* Loiſeau des offices, *lib.1. cap.7. num. 13.14.* Vide & aliam ſimilem controverſiam apud Hieronymum Suritam *Annal. lib.12. cap.66. & lib. 14. cap.16.*

Digitized by Google

26.40.45. vide & Menoch. *conſil.* 126. *num.* 17. Quare errauerit Laurentius Celſi Venetorum Ducis pater, qui filio recens Duci creato obviam procedere recuſauit, ne coram filio caput detegere, & patriam poteſtatem vilem facere cogeretur. ¶ Hinc & filius Epiſcopus præfertur parenti, de quo vide auctores apud Menoch. *conſil.* 902. *num.* 36.

c Alius eſt officiorum ordo ſeu gradus, alius præcedenciæ publicæ, vide Gellium *lib.* 5. *cap.* 13.

d Vide Mareſchallum *tract. des droits honorifiq. pag.* 54. 55.

e Vide Aretinum *conſil.* 23. *num.* 10. Langlæum 7. *Semeſtr.* 7. Ita è duobus Conſulibus Senior primus faſces gerebat, vt docet Valerius Maximus *lib.* 1. *cap.* 1. Plutarchus *in vit. Publicolæ.* Quinimò & cap. 7. legis Iuliæ priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas fiebat ei, qui plures annos natus eſſet, cæteris vndiquaque paribus, id eſt, ſi ambo & mariti & patres totidem liberorum eſſent; tum enim ille priſtinus honor ſenectuti debitus inſtaurabatur, & qui maior natu erat prior faſces ſumebat, teſte Gellio *lib.* 2. *cap* 15. Vide & exemplum aliud apud Auctorem libri *des droits honorifiques*, *pag.* 54. 55. & aliud *pag.* 85.

f Exempla paſſim in lineis Electoralibus, Bohemica, Palatina, Saxonica, Brandeburgica: ſed & in illuſtriſſima Badenſi, Brunſuicenſi, quæ Anton. Colerus conquiſiuit, *diſſertat. de Iure Imperij Germ. ſect.* 69. Et ſingularibus in id ſcriptis pro Vimarienſibus Matthæus Wackerus, Hegenmullerus, Goldaſtus *in Seniore* & *in diſcurſu exoterico*, hoc vnico fine, vt probent, ex conſuetudine & quotidiana obſervantia in materia præcedentiæ non conſiderari ius primogenituræ ſeu ius repræſentationis in primogenitura, inter Principes vnius familiæ, diverſarum tamen linearum; verum majoratum ſeu prærogativam ſenioris ætatis. De quo etiam aliquid ſupra *th.* 4.

g Gel-

g Gellius *dicto lib.2. cap.2.* Ita quidem vt Familiæ Nobilitatem, & Divitias ætas olim ſemper prævenerit. Quò pertinent quæ prolixè ex Philoſophis, moribus Gentium, populi Iudaïci, Lacedæmoniorum (vnde proverbium illud ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν) Athenienſium, Romanorum, Arabum, Germanorum cumulat de honore & cultu, imò & præcedentiâ ſenectuti debitâ Goldaſtus *lib.1.Senioris cap.2.3.*&c. ¶ Hinc quæritur, ſi teſtator hæredi ſuo maiorem de domo ſuâ ſubſtituerit, quis intelligatur, an ratione ætatis, an bonorum adminiſtrationis. Vide Menochium 2. *de arbitr. caſu* 124.

XV.

Nobilitas Generis, ſeu Natalium & ſanguinis, Familiæ antiquitas [a], Dignitatis ſucceſſio [b], dum tamen certa, dataque paritate, præcedentiam proculdubio tribuit. Sed & inter Nobiles, genere Nobilis præferendus eſt [c].

a Huc ſpectant tractatus *de Nobilitate* Tiraquelli, Oſorij, Garſiæ, & Nolden *de ſtatu Nobilium*; & quæ Natta *conſil.638. à num.24.ad 29.* & Menochius *conſil.126. num. 36. in fin.* Et vtuntur textu *l.6. §.9. verſic.ſed & Anatolium, Cod.de vet.jure enucl. & l.3. C. de commerciis.* Item text. Feudorum *lib.2. tit.27. §. ſi ruſticus, verſic. ſi miles, de pace tenenda.* Non item rectè probatur ex *l.7. Cod.de poſtul.* Vide & Sueton. *in Caligula*, vbi de contentione Regum ſuper dignitate & ſplendore generis. Huc pertinet *Nouorum* hominum appellatio pro plebeis. Super hac re conſule & Valdeſium *de dignitat. Hiſpan. cap.15.* & Knichen *de Saxonico non prouocandi jure, cap. 2. num.19.* Onciacum, *de la preſedence de la Nobleſſe pag.*

à Rudolpho, Rege Romanorum electo anno 1273. deſcendunt, ita ſi vltra Rudolphum aſſurgas, reperies primùm ortos à Comitibus de Tierſteim in Helvetiâ, inter Solodurum & Baſileam : qui mutato poſteà per affinitatem nomine, Comites Habſpurgij dicti, vel etiam Landgravij inferioris Alſatiæ, tandem Duces Auſtriæ, vbi videlicet Auſtriâ potitus Rudolphus I. Quod luci claro oſtendit vetus Genealogia Comitum Habſpurgi ſcripta primùm circa annum Dom. 1142. mox continuata ad annum 1240. quam à 1618. Lucernenſis Senator quidam extulit cum memorialibus fundationis Monaſterij Murenſis, libro, cui titulus *Origines Murenſis Monaſterij*: de quo vide plenè librum, *de la vraye origine de la maiſon d'Auſtriche imprimé l'an* 1624. & *les lettres d'vn François*, pag.16.17.

b Ita tradunt, filium Doctoris præferri alij Doctori, qui non habuit patrem Doctorem, Gloſſ. *in l. jubemus*, *in verb. ſumptibus*, *C. de aduoc. diu. iudic.* & Bald. in *l. nemini*, *in fin. C. de advoc. diu. Iudic.* & in *l. Gallus*, §. *quidam rectè* 2. *quaſt. ff. de lib. & poſthu.* Laud. *tractatu de dignitat. concluſ.* 17.

c Si Politica principia ſpectes, quæ ab Ethicis hic diſparata.

XVI.

Antiquitas[a] ſeu *Prioritas* Regni, Principatus, Reipublicæ hodiernæ[b], Patriciatus[c] inſtituti aut Tituli[d] adepti, præcedentiam inter pares tribuit, ætatis[e] ratione etiam poſthabita: Ita quidem, vt hæc prioritas ſeu antiquitas in ſe ſpectetur, non[f] an inter contendentes alter priùs ad Regnum vel Ducatum pervene-

K

rit. Sed & antiquitas populi [ſ] vel ciuitatis ſub eodem Principe conſtitutæ hic ſpectanda.

a Text.ad aliquid in *l.1.ff.de cenſibus*. Ità Bodinus *lib.1. de Republ. cap.8. num.149.* memorat, Auguſtum prout quæque Reſpublica antiquitate ſuperior exiſteret, ita dignitate priorem eſſe voluiſſe. Senectutem in vrbibus ſacram ſcribit Plinius *lib. 8. Epiſt. ad Maximum.* Hinc Populorum vanitas, ac nominatim Arcadum, qui ſe & Sole Luna priores gloriabantur, de quo Virgilius & Statius. Hinc certamen illud inter Ægyptios & Scythas de fide primi generis: de quo Herodotus, Iuſtinus, Lucianus, Ariſtotcles. Vide & quæ de Pſammetico & Phrygibus primis mortalium memorant, inter cæteros Herodotus, Tertullianus *ad Nationes*, Claudianus. Vide quæ ſcribit in hanc rem Valdeſius *cap.1. nu.* 1.2. Goldaſtus *Senioris cap.17.num.*1. Hoc quoque argumento Ducem Venetorum cæteris præferri aiunt: de quo vide Calefatum *de Equeſtri dignitate, num.*125. Hoc titulo deciſum olim certamen inter Legatos Campanorum & Samnitum Livius *lib.*7. commemorat. ¶ Hac ratione Regi Franciæ primum deberi locum inter Reges poſt Imperatorem diſertè teſtantur Scriptores, etiam exteri, Michael Surianus *in relatione ſua Franciæ* A.D.1552. & Hadrianus *lib.*17. *Hiſtor.Cavitellius in Annal.Cremonenſ.* A.D.1564. Vide & Goldaſtum *lib.1. Senioris cap.17.num.*13. Et ſanè vero verius eſt, iam inde ab anno Domini 409. iacta fundamenta Regni Franco-Gallici: cui proximum eſt quod & Vignerus peculiari libello comprobavit *adverſus Cranatum pag.*7.

b Quare ad præcedentiam Regum modernorum fruſtrà, imò ridiculè, arceſſuntur gentium ipſarum origines à Noachi, ni fallor, temporibus: quod Valdeſius fecit *cap.*5. de quo plura ſupra *th.*5. vbi de præſente forma & ſtatu Reipubl. ſpectandis actum fuit. ¶ Pariter

ſtolidè

ſtolidè ad præcedentiam arceſſuntur populi origines, à quo regnum aliquod diu poſt extra ſedes ſuas natales fundatum, quod Hiſpani rurſum faciunt, cùm ab Athanarico non Rege, ſed Iudice Gothorum, Hiſpaniæ præcedentiam repetunt: & ſic ab A.D.371. in quibus Valdeſius & Cranatus: adverſus quem Vignierus *p.1.2.&c.* & auctor *des lettres d'vn François,pag.*13. Et ſanè ſi hoc argumentum valeret,iam Reges Daniæ contra Hiſpanum vincere oporteret. Et verò Regem Daniæ eo nomine, quod Rex Gothorum nuncuparetur, controverſiam Hiſpano moviſſe docet Alphonſus à Carthagena Epiſcop. Drugenſis *in Reg. Hiſpan. anacephalaeſi,cap.*7. Ioannes M. *in hiſtor.Gothor.cap.*28. *num.*16. *& ſeqq.* & idem Alphonſus *tractatu de ſeſſion*: Pulgarus *cap.*8. *Illuſtr.vir.in Ioanne Sylva*: Georgius Drauthius *in contin.dier.canicular.tomo* 5. *coll*:5.

c Pares in Galliâ ſecundum ordinem & antiquitatem Patriciatus ſui erecti, ſeu inſtituti, ſedent: quam in rem ex regiſtro judicij habiti de Roberto Comite Arteſiæ folio primo, Rupanus *lib.*7. *de Parlamentis, cap.*10. Exceptis Principibus ſanguinis Regij, de quo ſupra *th.* 4. Item niſi,nominatim Rex Patriciatum noviter erigendo, præcedentiam ei tribuat: vt factum in erectione Vicecomitatus de Ioioſa & Baronatus Eſpernonij in Patriciatum factum ab Henrico III. ann. 1589. Rupanus *ibid.*

d Nempe qui titulum ſeu dignitatem Ducalem prius nactus eſt,poſterioribus adeptis regulariter præfertur, vide Menochium *conſil.*51. *num* 39. Exemplum in Duce Bulluinæo, qui inter Duces in Galliâ agnitus eſt, antequam Dux Vzetenſis in Ducem crearetur,atque adeò eum præcedit: de quo extant declarationes Caroli IX. ann.1572. Henrici IV.1607. Ludovici XIII. 1616. Vide diſcurſum *du Duché de Bouillon, & du rang des Ducs de Bouillon en France,circa fin.* Excepto caſu *th.*

5. vbi de Duce Florentino; Item excepto in Germaniâ ſi poſterior caput familiæ ſuæ ſit, & concurrat cum altero non familiæ ſuæ capite. Exemplum in Duce Wirtembergico, qui in Comitiis ſeſſionem præ aliis habet qui Ducis titulo priùs fuerunt inſigniti. ¶ Haud abſimiliter atque compluribus exemplis in Gallia Princeps ſanguinis remotior, qui eſt caput familiæ, Principem proximiorem qui caput familiæ non eſt olim præcedebat: quæ memorat Tilletus *cap. des Barons & Pairs de France*, &c. *des Princes du Sang*. Vide & Goldaſti Seniorem *lib. 1. cap. 21. num. 5. 6. 7.* de quo pleniùs *ſup. th.* 4. ¶ Sanè hinc & primam originem nominis Archiducum repeto; argumento eorum quæ ſcribunt Marinus Freccia *de feudis, lib. 2. titul. quis dicatur Dux, numer.* 4. P. Mozz. *in tract. feud. qui feud. dare, nu.* 16.

e vide quæ dicam *infr. th.* 18.

f Huic principio ſcilicet cedit alterum illud de quo *th.* 18. *infr.* id eſt, prioritas promotionis. Finge, aliquem Comitem vel Ducem noviter factum hodie: alterum anno fortè poſt ſucceſſiſſe in Comitatu ſeu Ducatu veteri paterno & antiquo? Hic ſemper illi præferendus eſt: quicquid contrariam deciſionem alleget Matthæus de Afflictis *in conſtit. regni Sicil. proœm.* 26. *quæſt.* 2. quicquid dicat, mutatâ perſonâ tenentis feudum, quod eſt univerſitatis (ſicut hæreditas) mutatur conditio ipſius comitatus, vt quodammodo non ſit in perſona hæredis illa antiquitas, quæ erat in patre vel agnato, ſed erit noua dignitas habita per ſucceſſionem ipſius hæredis: varietatem enim ſucceſſoris varietatem iuris inducere. Quæ inania ſunt commenta: vt rectè Natta *conſil.* 638. *num.* 31. Non ſcilicet conſideratur hîc perſona Ducum & dignitas in eis reſpectu creationis de ipſiſmet factæ: ſed dignitas Ducatus antiquior: quæ ipſa nunquam moritur, *cap. liberti* 2. 12. *quæſt.* 2. *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. Ideò non poteſt alia dignitas eſſe à primo

mo inveſtito, ſed eadem per continuationem *l.proponebatur, ff.de judiciis:* vide Nattam *dicto loco*; vbi plura in eandem ſententiam, & auctores alios, ac nominatim in terminis Egidium Boſſium *tractatu crimin.tit.de Principe:* vbi & contrariis fundamentis & textibus, Matthæi de Afflictis reſpondet.

g Huc propriè pertinet textus *legis* 1. *de cenſib.* &c.

XVII.

Collegia[a] quoque Politica prius inſtituta, ſed & Ordines Eccleſiaſticos[b] vel etiam Monaſticos, item collegia alia[c] ſacra, priùs publicè probata, itemque confraternitates[d] prius ſacris vſas, cæteris paribus, aliis præferri videmus. Quare ingens[e] inter hos poſtremos quoque de Antiquitate certamen, vt ſuam in Aquilone ſinguli ſedem ponant.

a Hinc Parlamentum Pariſienſe cætera omnia iure optimo præcedit, vide Chaſſan.*pag.*28. ¶ Hinc Magiſtri Libellorum, eò quod vetuſtioris inſtituti ſint quàm Parlamenta, & vetuſtiſſimi Regij Conſiſtorij, in Parlamento ſedent ante omnes alios Conſiliarios. Vide Chanutium *cap.*171. ¶ Hinc Catholiciani Franciæ, i.e. Theſaurarij generales, ſupremis tantum Curiis exceptis, omnibus aliis præferuntur. Vide Chanutium *cap.* 172. vbi vide rationem in fin. ¶ Hinc magnum Conſilium Regis ob antiquitatem præfertur Parlamento ex Boërij ſententiâ *de auctor.magni conſil.num.*132.

b Text. in *cap.dominus,* 25. *diſtinct.* 93. *cap.*1. *de maiorit. & obed. cap.placuit, diſtinct.*18. Ordines ſcilicet Eccleſiaſiaſtici, Monaſtici, publicè apud Romanenſes probati,

ſecundum temporis prærogatiuam præferuntur: ita vt religio quæ eſt prior in inſtitutione, præcedere debeat minùs antiquam. Gloſſa *in cap. quorundam* 24. *in verb. prædicatores, de elect. in* 6. Thobi.Non.*conſil.*71.*num.* 35. Farinacius *deciſ. Rotæ Romanæ* 718. Anchar.*conſil.*210. Boërius *de auctoritat. magni conſil. num.* 60. *vſque ad* 80. Menochius *conſil.*126. *num.*30. *lib.*2. Gratianus *deciſ. forenſ. cap.*845. *num.*8. Riccius *deciſ. Neapolit. tit.*1. *deciſ.*131. *cap.*17. Fr.Marcus *deciſ.* 808. Gamma *deciſ.* 1. *num.*75. Vrſillus *deciſ.*1. *num.*15. ¶ Hinc fruſtra Ieſuitarum Generalis in Concilio Tridentino aliis aliorum Ordinum Generalibus præferri annifus eſt; vtpote Ieſuitarum ordine omnium recentiſſimo: de quo vide hiſtor. Concilij Tridentini *lib.*6. *pag.*648. *Gall.* ¶ Porro non ab inſtitutione prioritas illa temporis repetenda, verum ab approbatione: vide Chaſſan. *part.*4. *conſid.*53. *vſque ad* 75. Felinus in *rubrica de maiorit. & obed.* Collegium Bonon. *conſil.*1. *num.*20. *& ſeqq.* Collegium Paduanum *conſil.*2. *poſt conſilia Barbatij*, *num.*71. Collegium Ferrarienſe, *conſil.*3. *num.*13. *& ſeq.* Vide & Cardinalem Tuſcum, & Onciacum *de la precedence de la Nobleſſe*, *pag.*117.118.119. Exemplum in controverſia inter Monachos ſancti Benedicti & Baſilij: vide Chaſſanæum, *part* 4. *conſid.* 54. Hinc & Clerici Monachis præferuntur, vide Chaſſan. *part.*4. *conſid.*51. *&* 53.

c Huc pertinet quæſtio apud Maceratenſ. *reſolut.* 81. utrùm collegium Muſicorum Cathedralis Papiæ debeat præcedere vel ſubſequi in proceſſionibus collegium capellanorum eiuſdem Cathedralis: vbi *num.*8. ait, quod majoritas cauſæ magis attendenda ſit, quàm prioritas temporis: vbi & alios allegat. Huc ſpectat quæſtio, vtrum Præceptor S. Spiritus præferri debeat Generali ordinis prædicatorum: in quâ Gratianus *deciſ.*845. *num.*7. pro Præceptore notat „ ordinem eius fuiſſe priùs approbatum.

d Gra-

Digitized by Google

d Gratianus *deciſ.132.num.1.* Lara *de anniverſar.lib.1.cap.24.num.27.* Bulla 86.Gregorij XIII.fol.1323. Zerola in *praxi Epiſcopali,verb.Proceſſiones, verſ.ad tertium principale.* Salgado de Somoza *de Regia protectione, part.2.cap.9.num 26.27.*

e vide Menochium *lib.1.conſil.51.*

XVIII.

Promotionis [a] Cooptationis, Inſtallationis, Immatriculationis, *Renunciationis* (quo verbo vtitur Tullius) initiationis, conſecrationis, ratio, ordo, prioritas, antiquitas, matricula, album, inter Collegas & habentes æquales dignitates [A] præcedentiam regulariter adſignat, ſic vt prior tempore potior iure ſit, non attentâ ætatis [B] ratione, cæteris videlicet paribus. ¶ Alioquin fallit hæc regula ſequentibus caſibus. 1. *Actualis* [b] *poſterior*, Honorario ſeu *Codicillari nudo*, etſi tempore priori, præfertur. 2. Actualis [c] poſterior, nudè prius *proviſionato*, præfertur. 3. Vacantes [d], id eſt dignitate vel officio defuncti, poſteriores honorariis, id eſt nudis codicillariis qui nunquam functi ſunt prioribus præferuntur. 4. *Repetita* [e] quoque dignitas Conſularis facit, vt aliquando poſterior tempore prioribus præferatur. 5. Duabus [f] dignitatibus eiuſdem gradus decoratus,

Digitized by Google

prioribus vnica decorato olim certo caſu præferebatur. 6. Addatur & caſus in Principibus ſanguinis Regij in Parium numerum poſterius relatis: de quo *th.4.ſupr.* Addantur & caſus quidam ſingulares, de quibus mox. ¶Adeò[a] alioquin tempore prior potior eſt, vt inter duos duabus dignitatibus ſucceſſivè decoratos, priore dignitate prius proviſus, etſi poſterius altera, alterum vincat: ac maximè, ſi prior dignitas maior fuerit.

a Textus in jure civili *in l.1.de albo ſcribendo: in l.1.* (& ibi Ioan.de Plat.) 4. *C.de Conſul.b. l.2.* (& ibi Ioan.de Plat.) *vt dignitatum ordo: l.1.2. C.de offic.Præf.Prætor. l.1. C.de præpoſit. S.Cubicul. l.2. Cod.de primicer. l.1. C.de Comitib.& Archiat. l.1.Cod.Theod. de diu.offic. l.13.C.de proxim.ſacror. Scrin. l.15.C.de jure immunit.* Et Iure Canonico, *cap.1.de majorit. & obed. cap.Epiſcoporum, 72.diſtinct. & cap.fin. 16. diſtinct. & cap.Epiſcopus, diſtinct 17.* vbi Ioan.de Turrecr. Felin. *in rubr.de maior.& obed.* Vide & Lucam de Penna apud Chaſſan.*pag.*203.& Chaſſanæum ipſum *part 1.conſid.78. & part.4.conſid.58.pag.190.* Collegium Bononienſe, *conſil.1.in princ.* Signorol.*conſil.23.num* 21. Gailium, *lib.1. obſeru* 21. Maynardum,*lib.1.cap.72.* Loiſeau *des offices,lib.1.cap.7.pag.*114.115.&c. Chanutium,*cap.*197. Langlæum,*7.Semeſt.7. in fin. & 8.* Hotomannum,*conſil.*105. Onciacum, *de la precedence de la Nobleſſe, pag.*112.113.114. Baldum, *in l.obſervare,§.antequam,ff.de offic.Proconſ.* Felinum,in *cap.2.num.4.de maiorit.& obed.* Nattam *conſil.* 638. *num.*4. *& nu.*16.*lib.*4. Vide Menochium,*conſil.*277. *num* 12. *&* 902.*num.*46.47.48. Eleganter Baldus in *l.plures,col.1.C.de condit.inſert.* qui habet primum eſſe,habet

primum

primum frui. ¶ Exemplum ponitur vulgò in *Iacobo maiore & minore*, quorum ille licet ætate minor, Major dictus fuit, eò quòd primus ad Apoſtolatum vocatus ſit, vt tradit Iacobus de Voragine, Matth. de Afflictis, *deciſ. Neapolit.* 1. Bertachinus, *in tract. de Epiſcopis, part.* 1. *lib.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 5. Decianus, *reſponſ.* 19. *num.* 89. *vol.* 3. cuius rei fides penes autores ſit. ¶ Exemplum in *Cardinalibus*, qui ſecundùm prioritatem promotionis ſedent. Chaſſan. *in part.* 4. *conſid.* 12. ¶ Exemplum in *Epiſcopis* eiuſdem prouinciæ: Nempe in ſtatu *Spirituali* inter comprouinciales Epiſcopos (vno Primate excepto) qui honoris ſeu promotionis & ordinationis æuo antecedit, ante alios ſedet & ſubſcribit in Concilio, 17. *diſtinct. cap. Epiſcopos vlt.* 74. *diſtinct.* 2. *cap. Epiſcoporum, c.* 1. *de maiorit. & obed.* & Felin. *in rubr. eius tit.* Gregorius Mag. *lib.* 7. *regeſt. Epiſt.* 112. Concilium Bracarenſe, 1. *can.* 24. Toletanum, 4. *can.* 3. Hincmarus *Epiſt.* 6. *cap.* 16. Imò & text. *in l.* 29. *C. de Epiſcopal. audientia.* Vide & Synodum Cabilonenſem *cap.* 6. Concilium Mileuitanum A. D. 402. *ſeu can.* 86. *Codicis Africani.* Huc pertinent & quæ Auguſtinus ſcribit, *Epiſt. ad Victorinum.* Vide Chanut. *cap.* 165. *pag.* 474. Chaſſanæum, *part.* 4. *conſid.* 23. Seniorem Goldaſti, *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 17. De hac ipſa re egit accuratè nuper Albertus Picciolus, *diſſertatione de antiquo jure Eccleſiæ Siculæ cap.* 7. Sanè in Africa *primæ ſedis Epiſcopi* dicti, qui cæteris Epiſcopis prouinciæ, ordinationis Epiſcopatúſque ætate anteibant: de quo vide propempticum Sirmondi *lib* 2. *cap* 9. *pag.* 272. &c. Et ita obſervatum in Mediolanenſi & Tridentino Concilio, vt refert Valdeſius *cap.* 2. *num.* 5. Exceptus vnicus olim Epiſcop. Hieroſolymitanus: de quo vide *cap.* 7. *Concily Nicæni.* ¶ Exemplum & in *Religioſorum proceſſionibus*, vbi illi debent præcedere, qui ſunt antiquiores in loco. Vid. deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolit. apud Riccium *tomo* 1. *deciſ* 131. ¶ Exemplum & in *ini-*

tiatis: Seneca in Gloſſa *cap.placuit,*16.*diſtinct.*Matth.de Afflict. *deciſion. Neapolit.*1. Langlæus *7. Semeſt.7. in fin.* ¶ In Doctoribus, Bartolus *in l.fin.* per illum textum *C. de tironibus:* & in *l.*1.*ff.de obſeq.à lib.* Ioann.de Plat.in *l.* 2. per illum textum *C.de primicer.* Rom. in *l.ſi verò,* §.*de viro, num.*85. *ff.ſolut.matrim.* Gaſpar Valaſ. *in l. imperium, num.*11. *de juriſd.omn. jud.* Riccius *deciſ.Neapolit. tomo* 1. *deciſ.* 131. *num.* 16. Menochius *conſil.*51. *num.*39. Vide Chaſſanæum, *part.* 4. *conſid.*76. Incertus Auctor poſt Regulas Socini, *regul.* 4. vbi tamen tribus modis hoc limitat. ¶ In *Advocatis*, vide Chaſſanæum *pag.*301. ¶ In *Senatoribus* & Decurionibus; ¶ Quinimò etiam depoſito Magiſtratu primum locum tenet, qui prior Magiſtratum gerere cœpit: text. in *l.* 1. *ff. de albo ſcribendo, l.*2. *Cod.de Præfect.Prætor. l.*1. *C.de præpoſit. S.Cubiculi:* Vide & quæ Turnebus ſcribit *lib.*29.*Adverſ.cap.*12. de Conſulari primæ ſententiæ.

A Prioritas ſcilicet temporis procedit & attenditur inter habentes æquales dignitates: alioquin, vt in alia re dicit Vlpianus, *l.privilegia, ff. ex quibus cauſ.in poſſeſſ. privilegia non ex tempore, ſed ex cauſâ æſtimantur.* Et ad rem Platea in *l.*2. *num.*1. *C. vt dignit. ordo* duplicem eſſe ordinem dignitatum, nempe temporis & qualitatis ſeu maioritatis : primum habere locum inter habentes æquales dignitates: ſecundum verò, qui potentior eſt, non curare de tempore ſeu temporis ordine. Egregiè adhuc magis Iacobus Rebuffus in *l.*1. *num.*2. *C. de conſulib.* in his honoribus & prælationibus obſeruandum eſſe ordinem, quando agitur inter eos, qui æqualem parémque habent dignitatem, vt ſcilicet is qui prius dignitatem eſt conſecutus præferatur in incedendo, ſedendo, loquendo, eligendo & ſalutando Principem: ſecus verò, ſi agitur inter impares atque inæquales dignitate, Menochius *conſil.*902.*num.*57. Sic Canonicus majoris ordinis poſtea receptus præcedit prius ad-

admiſſum minorem ordinem habentem, non obſtante conſuetudine in contrarium. Deciſio eſt Gratiani 16. referens ſic ſacram congregationem declaraſſe. Et ita obſervari notat Nouarus *ad leg.*1. *C. de conſulib. num.*7. in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Et quamvis reperitur aliter prouiſum per eandem ſacram congregationem, vt habetur per eundem Gratianum *diſcept. forenſ. cap.*482. *num.*14. vbi, inquit, ex mente dictæ congregationis rituum 12. Decembris 1606. conſuetudinem valere, vt Canonici clerici antiquiores in gradu præcedant alios Canonicos poſteriores conſtitutos in ſacris. Tamen prima declaratio procedit in Eccleſia, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ; ſecunda verò vbi non ſunt diſtinctæ. Nouarus *d. loco.* ¶ Exceptionem hanc nonnulli addunt, iuniorem antiquiori præferri, ſi altera adſit conditio, qualitas, & circumſtantia maior: nam tunc non ſervari ordinem temporis, ſed illum eſſe priorem potiorémque, qui majorem obtinet authoritatem & dignitatem. Duplex ſcilicet ordo eſt prioritatis, nempe temporis, & majoritatis ſeu qualitatis: ſed hæc illâ prævalet. Vide Menochium *d. conſil.*902. *num.* 57. 58. & *conſil.*126. *num.*31. Igitur aiunt illi, antiquitatem tribuere præcedentiam cùm in cæteris datur paritas: ſecus ſi in poſteriori alia extet *qualitas*, quâ poſterior excedit priorem. Ita ſcribit Geminianus, *in cap. Iſidorus*, *diſtinct.*6. *& in cap. Epiſcopos, col.*2. *verſ. aut fuerunt promoti*, 17. *diſtinct.* quòd Canonicus junior præfertur Canonico ſeniori, quando in juniore extant aliæ qualitates, vt meritorum, ſcientiæ, vel nobilitatis. Ita Barb. *conſil.*57. *in fin. lib.*2. reſpondit, Epiſcopum Doctorem anteferri Epiſcopo ſeniori non Doctori. Ita Riminald. ſen. in *l. cum quid, num.*8. *vr. ſi certum petat*, in Doctore excellentis doctrinæ affirmauit, vt præferatur antiquiori minùs erudito, &c. vide Menoch. *d conſil.*126. *nu.*31. & quæ inf. plura tibi ſi *de meritis*.

a In prælatione magis attenditur prioritas dignitatis gloſſ.notab.in *cap.fin. in verb.antiquiores de conſu.in* 6. & ibi Dom. vbi habetur, quod vbi in aliquâ materiâ fit mentio de antiquioribus collegiis, vel alicuius dignitatis, intelligitur in dubio de antiquioribus receptis in collegio, non antiquioribus ætatis: quod reputat Dom. ibi notandum, quia multoties iſtud exprimitur in privilegiis, reſcriptis vel ſtatutis. Ergo differentia eſt inter ordinatos & ordinandos: ſi ordinandi aliqui proponantur cæteris paribus antiquior præfertur: ſecus in ordinatis, quia tunc non attenditur ætas, ſed qui primò ordinatus fuit præcedit; licet junior ſit, *cap fin. diſtinct.*.... *cap.ſtatuimus cum concord. de majorit. & obed. cap.fin.*75. *diſtinct.*..... Vrſillus ad Afflictum *deciſ.*1. *nu.* 13. & poſt alios Riccius *reſol.*276. *in praxi, part.*3. Nouarus *ad leg.*1.*C.de conſulib. num.*7. Bartolus in *l.*2.§.*prius, ff.de vulgari.* Abbas in *cap.clerici, de judic.* per text. in *l. honores, in princ. ff. de decurion.* & text. *in* §.*ordinationem.* Nouell. *de monach.* & in *l.vnicuique, C.de prox.ſacr. ſcrin.* Natta *conſil.*638. *num.*68.

b De hoc dicetur *infr. in Qualitatibus.*

c Nempe prioritas non à nuda cooptatione, proviſione, ſeu inveſtitura dignitatis repetenda eſt, ſed à reali functione & apprehenſione poſſeſſionis. Quare qui actu prius dignitatem adminiſtrauit, vincit priorem in inueſtitura. 1. Sic *Canonici* qui prævenerunt in adprehendenda poſſeſſione præcedunt alios quamvis priores in proviſione, Baldus in *cap.cum olim, in princ. de conſuetud.* Rot.*deciſ.*2. *eod.tit. in novis.* Verall. *deciſ.*357. *num.*1. *lib.*2. Quamvis per eos non ſteterit, vt poſſeſſionem prius non ceperint propter aliquod impedimentum litis vel alterius cauſæ, vt fuiſſe deciſum per Rotam Romanam in vna Viren. 27. April. 1594. coram Gyptio: & in altera Burgen. 30. April. 1599. coram Liſta, teſtatur Gratianus *deciſ.*16.*in addit.num.*1.*& ſeq.* Háncque

que opinionem eſſe veriorem, & in praxi ſervari multis comprobat Gonzales *ſuper regul.* 8. *cancell. in proœm.* §.3. *à num.*24.*vſque ad num.*41. 2. Ita quoque deciſum in Collaterali conſilio, illum *Officialem* ex duobus eodem tempore electis præcedere debere,qui primò adminiſtravit, & in exercitio reperitur,vt per Franc. *deciſ.*144. Anna *conſil.*40. *num.*33. Marta *deciſ.*101. *num.*6. 3. Ponamus quoque exemplum in Senatore. Vt ecce pater Conſiliarij dignitatem gerens in filium ſpem dignitatis vivus tranſtulit *(l'a fait pourvoir à ſurvivance)* idque ita approbatum à Curia: Patre ad mortis vſque tempus in officio ſuo perſtante, alij ad Conſiliarij munus eucêti ſunt, idque actu adminiſtrarunt: mox mortuo patre filius, quem dixi, per mortem patris ad munus Conſiliarij iam actu adminiſtrandum ſubvectus eſt: Quæri cœpit, an filius, illos poſtea cooptatos, ſed qui prius actu adminiſtrare cœperunt, præcedere deberet, aut ſubſéqui? Et verò Curiæ Pariſienſis & Tholoſanæ Placita extant ann. 1551. 1560. 1596. in ſpem dignitatis acceptum & cooptatum cedere oportere cooptatione poſterioribus,ſed actu prioribus: Vide Lucium *lib.*4.*de ordine ſedendi,art.*5. Chopinum, 1.*de Sacra Politia, cap.*9. *num.*12. Coraſium, *S C. Tholoſan. Curiæ,centur.*4. *cap.*12. Maynardum, 1. *Notabil.quæſt.cap.*72. Chanutium,*tit.*32. *des Prerogatives,Rang,Seance,chap.*198. Vide & Areſta Tholoſana,quæ memorat Rupanus *lib.* 7. *des Parlemens,cap.*27. *num.*17. Vide & Boërium *de auctoritate magni conſilij*, *num.*43. Matthæum de Afflictis, *deciſ.Neapolit.*1. Non igitur promotionis aut proviſionis tempus ſpectandum, ſed *actualis adminiſtrationis.* Prioritas non à cooptationis tempore, ſed à functionis initio eſt repetenda. Non qui primus promotus, ſed qui primus actu adminiſtrauit potior eſt. Privilegio temporis non gaudet niſi ex quo quis actu adminiſtrauit: Sicut privilegiis militiæ & dignitatum non fruitur

is qui actu non adminiſtrat, *l.vlt.ff.de excuſat.tutor. l.ne quidam,C.de teſtam.milit.* vide & *l.1. Cod.Theodoſ.quis in gradu præfer.* Idque triplici ratione, ſcilicet hoc caſu poſſeſſio prævalet,quæ plurimum facti habet. Deinde in ſuperiori ſpecie hæc quoque ſpecialis ratio ſubeſt, quia reſignantis patris perſonâ officium ſemper repletum fuit,qui & ſedem tenuit & veram poſſeſſionem retinuit,quam reſignatarius non adipiſcitur,niſi relictam ſibi aut per mortem aut voluntate reſignantis. Item talis receptio facta fuit non alio fine, quàm vt officium in tutum redigeretur. Tandem neque æquum eſt,ſperatum tantùm, quique ſpem tantùm habet, & cuius meſſis in herba eſt, præferri vero & actuali: de quo *th. 4.ſup.in fin.lit a.*

¶ Quare aliud foret,ſi quis in Curiâ admiſſus iam eſſet eâ tantum lege ne ſententiam ferret, aut referret ad certum vſque tempus: à die quippe receptionis ſtatim hic ordinem & ſedem accipit, & ſatis eſt, eum ad conſeſſum inter alios admiſſum: maximè cùm exinde ſalario, ſale, tædis, cereis, aliiſque id genus emolumentis officij fruatur; exceptis tantum ſportulis: de quo vide Rupanum *lib. 2. des Parlements, cap. 27. num. 20.*

d Vide quæ dicam *infr.in Qualitatibus.*

e Vide quæ dicam *infr.de repetita dignitate.*

f Vide infr. *de cumulatione dignitatum.*

g Textus in *l.1. in fin. Cod.de Conſulibus*, vt in hac ſpecie. Titius ante Mævium Conſul factus eſt, ſed Mævius poſtea Patricius factus eſt ante Titum? Si Titius tantùm Conſul fuiſſet, Mævius Titio etſi poſterior propter acceſſionem Patriciatus Titio priori Conſuli præferri deberet ex *l.vnic.Cod.Theod.de Conſulib.* & Novellâ Valentiniani III. quæ eſt inter Theodoſianas 48. de quo plenius *th. 18.* Sed ſi idem Titius poſtea quoque Patricius factus fuerit, Mævio præferetur quantumvis prius Patricio facto,quia in concurſu copulatarum dignita-

gnitatum, non poſterioris dignitatis accedentis ſeu ſecundæ prioritas attendenda eſt, ſed primæ & ſummæ prioritas. Vterque in hac ſpecie quidem eſt Conſul & Patricius, ſed vnus eſt antiquior Conſul, alter eſt antiquior Patricius: ſed antiquior Conſul præferri debet. Ac multo magis id dicendum in ſpecie, quam Lucius memorat, *lib.4. tit.6. art.4.* (& ex eo tranſcribit Paponius, *lib.6. tit.2. art.5.* & Maynardus *lib.1.cap.73.*) primas videlicet delatas ann. 1323. è duobus Conſiliariis in Magnam Cameram ex Camera Inquiſitionum promotis, non ei qui primus, verum ei qui ex Præſide Cameræ Inquiſitionum promotus fuerat: cùm alter etſi prior promotus, tamen Conſiliarius tantùm in prædicta Camera fuiſſet, ſcilicet in memoriam antiqui Præſidatus, & quia tempus fuit, cùm hic Principem veluti ſuum agnouiſſet: A quo non abludit Vitellij dictum apud Tacitum 19. *annal. Fœdum, ſi de honoris prærogatiua dimicare cum Ducibus audeant, ſub quorum ſignis ſtipendia fecerant.* Ita pariter jure receptum & decretum eſt, vt ſi quis Conſiliarij officio in ſede Præſidiali decennio functus fuerit, collegæ ſuo alteri Advocato fiſci etſi tempore priori, præferatur: vide Chanutium *tit.32. des prerogatiues, rang & ſeance, chap.*185. Addatur & caſus ſingularis, quem ex Lucij *lib.4. tit.6. Art.4.* tranſcribit Paponius *lib.6. tit.2. Art.5.* Honorarij ſanè quoque priores, poſtea actuales, prioribus actualibus præferendi ſunt. Text. in *l.4.C.de Conſulibus.* Finge, Conſularis à Principe factus es (i. e. honorarius Conſul) alius revera poſteà Conſul factus eſt: poſt eum & tu poſtea Conſul proceſſiſti? Alteri præferris (inter pares *non ex poſterioris, ſed ex prioris honoris tempore prærogatiua vindicatur*, ait Cujacius) ex anteriore tempore provectionis, ſcilicet ait *dicta lex* 4. ordo vindicandus: Neque poſtrema proceſſione novum aliquid vel quod nondum habebant, adipiſci videntur; ſed Conſulatus jus,

quod eis Conſularitas detulit, proceſſionis iteraſſe beneficio videantur.

XIX.

Fortunæ bona (vt loquuntur τυχικά) puta divitiarum [a] & redituum cumulus, Potentia [b] maior, Imperij amplitudo, Terrarum latifundia, Status maior, Stipendium ſeu ſalarium majus, Subditorum & civitatum numerus, Regnorum plurium [c] concurſus, Titulorum multitudo, atque exinde Armorum terror, ad conſtituendam [d] equidem initio inter pares dignitate, vel etiam Titulo impares, [e] præcedentiam, haud vilem habet auctoritatem; conſtitutam [f] tamen ſemel, altiſque nixam radicibus, nova alterius felicitas & heſternæ potentiæ, vel divitiarum, acceſſio, eâdem dignitatis ſubſtantiâ apud alterum manente, labefactare non poteſt, non debet. *Caſualia* [g] multo magis hinc ſubmovemus & expungimus.

a Diuitiæ, ὑπεροχὴ τοῦ πλούτου, & redituum ſeu vectigalium majoritas non ſunt de Nobilitatis ſubſtantia, neque tollunt prærogativam temporis: de quo vide Tiraquellum, *de Nobilitate, cap.3. num.13. & ſeqq.* Nattam, *volum.3. conſil.6,8. num.49.* Nolden, *de ſtatu Nobilit. cap. 15.§.2.* Imò qualitas divitiarum à dignitate diſtinguitur *l.humilem 7. C.de inceſtis nuptiis: l.3. C.de commerciis: can.ſuper eo, extrau.de teſtibus: can.ſignificantibus, de officio delegati.*

delegati. Vide & de Divitiis in cauſa præcedentiæ Chaſſanæum, *parte 8. conſid.22. & 28. & part.10. conſ.35. & 58. conſid.26.* Et argumentatio hæc à nonnullis hanc in rem adducitur, ſi nobilitas generis non facit, vt quis præferatur in ordinem priùs recepto, multo minus hoc præſtabit diviriarum cumulus, quia non ſunt vera nobilitas, vt, inquit Lucas de Penna in *l. mulieres, colum.22. verſ.7. de divitiis, C. de dignit.* Natta *dict. conſil.638. num. 49.* Huc pertinet quod Symmachus *lib.10.* ſcribit, de de veteri dicendarum Sententiarum in Senatu forma reparata à Theodoſ. & Valentiniano juniore, contra quam aliquando obtinuerat. *Ne ſummum,* inquit, *cuique decernendi locum non ratio munerum, ſed bonorum fortuna præſtaret, atque id aſſenſio cæterorum vel invita ſequeretur, quod ante omnes felicior cenſuiſſet. Credimus igitur his remotis ad regnum ſuum rediiſſe virtutes,* &c. *in Senatu Ordo retinebitur, nec ſe oſtentabit opulentia, ſemper bonis infirma temporibus.* Huc pertinet, quod cum ſtomacho Poëta, *Nunc pars viliſſima rerum certamen moviſtis opes.* Sed & Luciani illud, de conſeſſu Deorum & concilio Iovis: vbi orta de ſedibus quæſtione Iupiter proponitur Mercurium jubens, ut Deos Barbaros ingenti magnitudine ex ſolido auro fabricatos Græcis parvulis ex ære vel marmore effictis, quantumvis opera eſſent Phidiæ vel Myronis, præponat. ¶ Sanè & ſi de reditu majore quæritur, licet Ducatus Mediolanenſis reditu maximus ſit, tamen eum plures alij Duces præcedere debent, ratione antiquitatis. Chaſſan.*part.10.conſid.58.* Vt ipſe vice verſa, quòd ſit antiquior, Duci Sabaudiæ præfertur, Boſſius *in praxi.tit.de Principe, n.313.* Carpanus in ſtatuta Mediolanenſia *part.1. ad Edictum Ducis Ludovici, n.12.* ¶ Ergo ad has externas conditiones, veluti divitias tum confugimus, vbi paritas temporis eſt. Bart. *in l.1. ff. de obſeq. par.* & tradunt Moderni in *l. cùm quid, ff. ſi certum petat.* vbi ad hoc allegant claram deci-

ſionem Innoc. *cap. ſtatuimus, de maior. & obed.* Natta *dict. conſil.* 638. *num.* 49. Menoch. *conſil.* 126. *num.* 26.

b *Potentia* maior & *Imperij* amplitudo, ſubditorúmque & civitatum numerus, τὸ πόσον, dignitatem non reſpicit, cùm hic exceſſus ſit qualitas à dignitate ſeparata, quæ minimè tollere poteſt prærogativam temporis: quare hic exceſſus non attenditur: quam in rem eſt deciſio in terminis Matthæi de Afflictis in *conſtit. regni Sicil.* 6. *qu.* 1. *dub.* quam etiam memorat Natta *conſil.* 638. *vol.* 3. *n.* 47. Cephalus *conſil.* 615. *nu.* 136. Boſſius *tract. de Principe, nu* 314. Landfranch. *tract. vtrum præferendus ſit Doctor an miles, num.* 54. Bodinus *de Repub. lib.* 1. *cap.* 10. & plenè ac verè Natta *vol.* 3. *conſil.* 637. *nu.* 38. 39. 40. & *conſil.* 638. *nu.* 47. 48. Vide in hanc rem & Zierizium *de Principum inter ſe prærog. in fin.* & Menoch. *conſil.* 35. *nu.* 51. Arumæum de *Iure pub. diſcurſu* 1. Theodorum Gothofredum fratrem meum, *fol.* 590. *ſur l'hiſtoire du Roy Charles V I.* Hæc enim qualitas, vt potentior alteri præferatur eo nomine quòd pluribus præſit, non eſt à legibus animadverſa, neque valet vbi ſubeſt imparitas temporis: Scotus *tom.* 1. *reſponſ. lib.* 6. *reſpon.* 28. *num.* 134. Denique non pro bona conſequentia agnoſcunt plerique, eſt potentior, ergo dignior *arg. can. legimus, diſt.* 93. Menochius *conſil.* 36. *num.* 51. Qui tamen aliter paulò ſenſiſſe viſus, *conſil.* 126. *num.* 16. 16. Neque plus aut minus faciunt differentes ſpecies, *l. fin. de fundo inſtructo*, de quo magno ingenio diſſerit Speronius *in diſcurſu della precedenza de' Prencipi, pag.* 54. 55. 56. Et probant hoc etiam nonnulli & in his Natta *vol.* 3. *conſil.* 638. *num.* 47. concludenti ſiue ratione, ſiue ratiocinatione, quia ſi non attenduntur merita vitæ, & ſic bona animi quæ longè latéque excellunt, quanto minùs attendi debent hæc externa fortunæ bona? ¶ Exemplum vulgo ponitur in Regibus Iuda & Iſrael. Hinc & in Comitiis Imperij Duces Holſatiæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ, poſtponuntur Ducibus anti-

antiquioribus, quamlibet potentia & regionum amplitudine longè inferioribus. ¶ Et rationes præter alias hæ quoque tres adſignari poſſunt, 1. quòd immeritis ſæpe fortuna dat bona: 2. quòd ea modò dentur modò tollantur: de quo *theſi* 1. *ſup.* 3. Imò & de potentia legitimis artibus quæſita, non ab omnibus fides ex æquo fieri poteſt. Atquin præcedentia & ſubſtantiæ dignitatis, & legitimæ poſſeſſioni, & antiquæ virtuti debetur. Quare de Regia Majeſtate hoc iudicium ſemper eſt, vt licet vnius ſcopuli terminis finiatur (quod de Vlyſſis regno dixit Horatius) modò ſuperiorem non agnoſcat, æqualem tamen dignitatem cum potentiſſimo habeat, vt Scholaſtici loquuntur intenſiuè, etſi non extenſiuè. Non minus Emathion, cuius vxor cibaria coquebat, Rex erat, quàm Alexander: non minus Evander, quàm Diocletianus. Reſpubl. æquè eſt Genua, quæ ſolis pænè mænibus concludi dicitur, quàm Venetiæ, quæ dominium Adriatici maris tenent: vide Antonium Colerum *de Iure Imper. Germ. num.* 31. Hinc de controverſiâ, inter R. Franciæ & Hiſpaniæ (qui alioquin alterâ manu orientem, alterâ occidentem tenet) & Pij IV. Papæ decreto Cavitellius, *in Annal. Cremonenſ.* A. D. 1564. *Summus Pontifex declarauit, debere præcedere Legatum Regis Galliæ, ſub fundamento quòd Gallia regnum ſit antiquius Hiſpaniâ, & Galli prius Hiſpanis fidem Chriſti receperint; quamvis Rex Hiſpaniæ plura habeat regna & ſit potentior Rege Gallorum.* Vide & reſponſum Statuum Angliæ in Parlamento Generali, apud Alberic. Gentilem *de Vnione Regnorum Britanniæ, fol.* 8-. & Petrum Matthæum *in hiſtoria pacis, lib.* 1. *narrat.* 1. *nu.* 14. *fol.* 63. Adde exemplum, quod memorat Goldaſtus in *Seniore lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 3. & *conſtitut. Imperial. tom.* 3. *fol.* 116. ¶ Hinc & inter pagos ſeu provincias inter ſe confœderatas, ſeu in vnum corpus ſociatas, non potentiores, aut ditiores præferuntur, verùm libertatis

auctores primi, de quo mox plura. ¶ Huc pertinet, quod rectè notant nonnulli, non ideò Paulo Apoſtolo præ Petro præcedentiam tribui, quòd provincia, Gentilium videlicet ſeu Gentilibus prædicandi, quæ Paulo ceſſerat, multo amplior eſſet, quàm Iudaica quæ Petro. Contrà rectè ab Interpretibus redarguuntur Caſtellionæus *can. ſcitote, 6. quæſt. 3.* Cabotius, Lanſius negare auſi, Regem Bohemiæ propriè dici Regem, quòd competente careat provinciâ, quandoquidem trium dierum itinere diametrum eius regni expedito patet, teſte Ænea Silvio *cap. 1. hiſtor. Bohem.* cùm, quod rectè ſcripſit Goldaſtus *lib. 3. comment. Bohem. lib. 3. cap. 13. num.* 10. non in ditionum, provinciarum & regnorum multitudine, non terrarum ambitu vera majeſtas contineatur: neque inde *προεδρίας* & præcedentiæ prærogatiua neceſſario deducatur, nec ſpatiis externæ magnitudinis regnum ſit metiendum, nec denique à potentiæ conſideratione dignitatis prærogativa dependeat. Ita in controverſia inter Præceptorem S. Spiritus & Generalem Prædicatorum, pro Generali nil facere definit Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 845. *num.* 37. maioritatem adminiſtrationis quam habet ob numerum majorem fratrum ſui ordinis, quia ex hoc non infertur ad præcedentiam, neque tollitur prærogatiuâ temporis. Hanc in rem intendit Afflictus *ſup. conſtitut. Regn. rubr. quæſt.* 1. Natta *conſil.* 637. *num.* 47. *&* 48. qui alia exempla adducit. Decianus *conſil.* 19. *num.* 206. *vſque ad* 210. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 257. *num.* 59. *cum ſeq. lib.* 3. Latè Chaſſan. *part.* 4. *conſid.* 54. *vſque ad* 58.

c Dicit Chaſſanæus *part.* 11. *conſil.* 58. Ducem Aquitaniæ cæteros antecellere ob id quod plures ciuitates habeat, quàm cæteri Duces.

d ***Regnorum plurium vel Ducatuum concurſus, Titulorumq́; multiplicatio*** ad præcedentiam nihilo plus facit, quicquid Chaſſanæus notet ***part.*5.*conſid.*37. *&* *part.*10. *conſid.* 37.**

37.*col.*2. quicquid Hiſpani contendant. Nam cumulatio Regnorum & Ducatuum, potentiæ quidem aliquid addit, nihil dignitati ipſi: argum. text. *in l.*1.*C. de Conſulibus: Repetiti*, inquit, *faſces nihil augent, quia nihil altius eſt dignitate:* de quo plura *theſi* 27. vbi de concurſu ſeu cumulatione, coniunctione, vnione plurium dignitatum. Quanquam & hæc olim Ducis Burgundiæ ratio fuit in Concilio Baſilienſi A.D. 1433. adverſus Electores Germaniæ, quòd eſſet ſepties Dux, quindecies Comes: & quòd plures dignitates habens, præferendus ſit habenti pauciores: Decianus *conſil.*19.*num.*237.*lib.*3. Porcius *conſil.*167.*num.*72.80.83.89. Riminaldus, *conſil.* 740.*num.*53. Sanè prælati eius Legati: ſed potiſſima Burgundi ratio fuit, quòd Regij Sanguinis, primúſque Par Franciæ eſſet: de quo vide Chaſſanæum *part.*5.*conſid.*45. cui ſi Titulorum multiplicatio accedat, neque id tum ſpernendum puto. Quare etiam Dux Burgundiæ primus poſt Reges cenſebatur. Vide Philippum Bergom.*lib.*8. Alexandrum *conſil.*215. ¶ Neque ſuperioribus quicquam obloquitur ſententia è Proverbiis; *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis*, & ſimilia alia, quæ vide apud Chaſſanæum, *part.*5. *conſid.*15. Populoſum enim regnum ibi, deſtituto (cuiuſmodi fermè ſunt Hiſpaniæ regna) eâ ſententia præfertur, non ad honorificum jus præcedentiæ tribuendum, verùm ad indicandum robur Principis, quod vtique conſiſtit in populi & ſubditorum numero.

¶ Item quod de Conciliis adfertur, eò illuſtriora quoque eſſe concilia, quò ex plurium Epiſcoporum in Diœceſeωv numero conſtant: Item quod dicit Archidiaconus, *in c. quoniam, diſt.*16. quòd vna Synodus licet poſterior tempore præferatur alteri, propter majorem auctoritatem. Quod ſanè, vt id addam apparet ex Codice Canonum Eccleſiæ univerſæ, vbi Nicæna Synodus præ-

M 3

mittitur ante Ancyranam & Neocæſarienſem Synodos, propter auctoritatem Synodi Oecumenicæ, vt in dicto Codice expreſsè dicitur : *οἱ ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες πρεσβύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτέρευσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντείαν.* huc nequicquam pertinet, quia univerſalioris Concilij dignitas, non ad nudam honoris præcedentiam ſpectat, ſed ad indicandam auctoritatem maiorem, ob maiorem videlicet conſenſum & concentum in rebus fidei & negotiis Eccleſiæ: Atenim hîc de perſonarum dignitate quæritur, non de rerum. ¶ Et verò, ſi de perſonis Eccleſiaſticis quæritur; id eſt Epiſcopis, non eſt Epiſcopus altero dignior, quòd majorem habeat Diœceſim, ac proinde non conſideratur iſte exceſſus : Solemnis ſuper ea re eſt Hieronymi locus, *in Epiſtola ad Evagrium*, relatus quoque in Decretum Gratiani *dict. can. legimus* 24. *diſtinct.* 93. *Vbicunque*, inquit, *fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij eiuſdem eſt meriti, eiuſdem eſt Sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem vel inferiorem Epiſcopum non facit.* Vide & Innocentium, in *cap. ſtatuimus, de maiorit. & obedientia.* Decium, *conſil.* 161. *num.* 2. & Albericum de Roſate ad *l.* 2. *ff. de albo ſcribendo.* Nattam, *vol.* 3. *conſ.* 638. *num.* 47. *in fin.* Et ſanè id clarum quoque exemplo Præfecti Vrbis & Epiſcopi Romani quorum Diœceſis & vnica, & anguſtioribus longè quam cæterorum Præfectorum & Patriarcharum terminis coercebatur, & tamen Præfectus Vrbi cæteris Præfectis dignitate par erat, ſic vt qui prior tempore Præfectus vrbi fuiſſet, vinceret Præfectum Prætorio tempore poſteriorem, *l.* 1. *C. de Præfectis Prætorio ſiue vrbis*, & *l.* 1. *Cod. Theod. eod. tit.* Et Epiſcopus Romanus cæteris Epiſcopis potior erat, propter Vrbis dignitatem. ¶ Et ſic profligata ſunt 12. Vaſquij argumenta, quæ in hoc vnum fermè reſolvuntur, Maioris po-

potentiæ,&c. Sed & caput 12. Valdeſij, longam potentiæ Hiſpanicæ paginam contexentis.

¶ Vnum ſupereſt, quod aiunt, *Præſens tempus in præcedentia ſpectari oportere:* Verùm huic argumento reſponſum eſt *ſup.theſi* 1. vbi de ſubſtantia dignitatis ſpectanda.

e In ordinando ita reſpicitur ad potentiam, cæteris paribus, vt eſt Gloſſa (quam ibi omnes ſequuntur) in *cap. conſtitutis* 2. *in verb impotentiam, de appellat.* In iam ordinatis non attenditur, quibus jam jus eſt quæſitum, *l. id quod noſtrum,ff. de regul. jur. l. vltim. ff. de pactis.* Faciliùs quæritur jus quærendum, quàm id quod iam eſt in eſſe deductum: vt eleganter Natta *conſil.*638. *num* 47. Quare & Portius *conſil.* 167. *num.* 51. valdè abſurdum fore ſcribit diſertè, quod ſi Rex nouus quis crearetur, & eius fines latius extenderentur, quàm extenduntur regna regis Galliarum, quòd ipſi Regi Galliarum præferendus eſſet. Quod etiam refert Menochius *conſil.*51. *num.*56.

f Inter impares Titulo potentiæ rationem haberi oportere putamus, eo caſu quem ſequente principio complectemur. Item aliis caſibus, puta vbi ſunt diverſa & ſeparata officia ſeu dignitates: nam tunc habens maiorem juriſdictionem præfertur, vnde Metropolitanus præcedit Epiſcopos, Archidiaconus Archipreſbyterum, Vicarius Epiſcopi Archidiaconum. Sed vbi ſumus inter duos habentes nomen eiuſdem dignitatis præfertur, qui priùs in ordinem receptus eſt, etſi habeat minorem iuriſdictionem. Vide Nattam *conſil.*638. *num* 47.

g Vide Nattam *vol.* 3. *conſil.* 637. *num.* 39 40. *&* *conſil.* 638. *num.*47.48.49. vide & quæ *ſup.th.*1. vbi de ſubſtantia dignitatis ſpectandâ.

Cuiuſmodi ſunt ea quæ colligit Valdeſius *cap.*8.

Digitized by Google

XX.

Libertatis (quæ & ipſa de τυχικῶν numero eſt) ratio in controverſiis de præcedentia habetur: ſive Reges[a], ſive Reſpublicæ[b], ſive Eccleſiaſtici[c], aut Nobiles[d] de præcedentia inter ſe contendant: ſic vt Liberi ſuperioremque non recognoſcentes præferendi omninò ſint aliis recognoſcentibus ſeu Fiduciariis. Quinimo libera [e] Reſpublica, lato Imperio, potentiaque Principem ſuperans, Duci ſuperiorem recognoſcenti hoc argumento præferenda videtur.

a Huc pertinet Io. Ignei diſputatio: *An Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem.* Item quod Valdeſius *cap.*18. latè exequitur, de Iure Regis Hiſpan. quòd liberum habeat & abſolutum Dominium in regno, non agnoſcens in eo temporalem ſuperiorem: Quanquam iſtud in Hiſpania ſerò factum, ſub Papa Vrbano videlicet circa A. D. 1000. vt Auguſtinus Cranatus, & Vignerus *de præcedentia Franciæ, pag* 40. 41. 42. ſcribit. ¶ Huc *referri* poſſunt & regna, quæ feuda Eccleſiæ Romanæ audiunt, vt aliquammulta Hiſpaniæ, veluti Caſtiliæ, Leonis, Arragoniæ, Portugalliæ, &c. vide Vignerum *adver. Cranatum.* Huc Neapolitanum, Siciliæ (in cuius rei ſignum Reges vexillum ante Papam ferre tenentur. Vide *les lettres d'vn François, pag.*16.) Bohemiæ, Sardiniæ, Corſicæ, quorum alia Imperij, alia Eccleſiæ Romanæ feuda cenſentur. Vide ad hoc principium quæ prolixè ſcribit Bodinus *lib.*1. *de Republ. cap.*9.

b Hoc quoque argumento *Rempublicam* Venetam, Ge-

nuenſi-

nuenſibus præferendam aiunt; de qua Venetorum & Genuenſium controverſiâ vide Petrum Mexiam, *cap. 22. circa fin.* vide & Bodinum *lib.1.de Republ.cap.9.*

c Vnde *Epiſcopi exempti*, hoc eſt, immediatè Romano Pontifici ſubditi, in Concilio generali altiore loco ſedere oportere dicuntur, quàm non exempti facit *cap. per tuas, in ver. ſubdiaconatus, cum gloſ.1. extr. de maiorit. & obed.* & ita tenet & dicit Ioan. Mortaigne *in tract. de praemin. & auctor. ſacri magni Conſilij 2. rat. part.1.* Idem quoque dicitur & de Abbatibus. Vide Chaſſan. 4. *conſid.31.* Si in Concilio Generali vel Romæ res ſit, non item alibi: ut ecce Epiſcopus de Podio, cùm immediatè ſit ſubjectus Papæ, in Conciliis Galliarum, non ideò alios Epiſcopos Provinciæ ſuæ præcedit: verùm attenditur ſemper prioritas promotionis, non habendo reſpectum ad alia, & extrinſeca: Chaſſanæus *Catal glor. mundi, parte 4. conſid.24.* de quo adhuc infrà. De hâc quæſtione ipſa circa Podienſem Epiſcop. vide Lomedeum *de exemptionib. Eccleſ. cap.7. num.1.*

d Exemplum in Germania, vbi *Nobiles* immediatè Imperio ſubjecti cæteros Nobiles præcedunt, vtpote liberi ab aliis, quod videre eſt in Suevica, Franconica, Rhenana (& Weterauica) Nobilitate; de quo vide Nolden *de ſtatu Nobil. cap.16.* & Beſoldum *de ordine Equeſtri, num.5.6. & ſeqq.* vbi inquirit etiam, quâ occaſione hanc libertatem ſuam Nobiles illi obtinuerint.

e *Libera* autem Reſpublica eſt etiam ea, quæ comiter tantùm Imperatoris Majeſtatem colit *l.7. §.1. ff. de captivis & poſtliminio.* Sicuti Florentina Reſpublica, quæ ab omnibus oneribus conſuetis libera, etſi à recognitione Imperatoris libera non fuerit, tamen conſuetudine Duci Ferrarienſi prælata eſt, vt fatetur Natta, *tom.3. conſil.638.* Ab his diſtinguendæ ſunt Germaniæ civitates quæ *liberæ* audiunt: quia hactenus liberæ ſunt iſtæ, quòd proprio quodam iure ſuo, & propriis ma-

giſtratibus à ſe electis regantur,non acceptis ab Imperatore aut Principe aliquo:aliàs de facto & de jure imperatori ſubſunt. ¶ Ex hoc interim principio Veneti, Italiæ principes præcedunt: vide Pet. Calefatum *de equeſtr.dignit.num.*124. *& ſeqq.*Hoc fundamento Belgæ hodie aliis Principibus Imperatori ſubiectis ſeſſionis controverſiam mouere dicuntur. Hoc eodem Veneti Duci Bavariæ in Concilio Tridentino prælati, quamlibet contrà proteſtante Duce. ¶ Aliud in Civitatibus liberis,quæ anguſto ambitu,ac ſolo ſæpe mænium ſuorum pomœrio coercitæ, vix vltra procurrunt. Hinc & Conſuetudo in Germania & alibi immota, vt ij qui titulos dignitatum habent veluti Ducum, Civitates præcedant. Decian. *conſ.*19. *vol.*3. *num.*28.

XXI.

Merita, bonaque animi, maior auctoritas, maior exiſtimatio & opinio, inter privatos, ad præcedentiam nil regulariter faciunt[a]: Temporis enim & promotionis prioritas hac parte merita antevertit. Et quatuor tamen caſus ſunt excipiendi. 1. Si[b] omnia undique paria ſint, i. e. ſi de præcedentia contendentes & dignitate & tempore pares ſint. 2. Si ad maius meritum accedat extraordinarium aliquod Principis[c] aut Reipublicæ judicium aut evocatio. 3. Si ex eadem ſumma dignitate repetita[d], meriti ratio conſurgat. 4. Si talis ſit dignitas,[e] quæ ſuâ naturâ meritis ſeu ob merita confertur. Et hæc quidem inter privatos.

a Hoc vult diſerte Abbas *in cap.1. de major. & obed.* vide & Nattam *d.conſil.637. vol.3. num.37.* Nempe non eſt hæc Diatriba de Maioritate Auctoritatis & obſervantiæ,quia ſæpe etiam ordine minor, Auctoritate, exiſtimatione,opinione maior eſt,propter merita: Tex.*in l. 3. Cod.de poſtul.* vide libellum *pro Tholoſanis Profeſſoribus p.48.* Huc pertinet etiam ratio *legis 1.Cod.de conſulib.*(etſi eius diſpoſitionem minus probem)ibi: *Repetiti enim faſces virtutes ſæpe meriti comprobant, non augent, quia nihil altius dignitate*; atque ſi diceret: Inter eos qui in dignitate poſiti de præcedentia contendunt, dignitatis ipſius & prioritatis rationem habendam. ¶ Quare neque admitto, quod vulgò traditur, Epiſcopum ad Canonicum Doctorem potius renunciatum, anteriori nudo Epiſcopo vel Canonico non Doctori præferri: quod notant Hoſtienſis & Abbas *in cap.1. de conſanguin. & affin.* & Dominicus de S. Gemin. *in cap. Iſidorus 26. diſt.* & *in cap. placuit 16.diſtinct.* Felin. *in rubr. de maior. & obed num.2.* Cardinal. Alexander *d.can. Iſidorus*: & Barbatia, *conſil.175. in fin.vol.2.* Aret.*conſ.23.* Maſtrillus *deciſ.130.* Georg.*alleg.35.num.3* De Ponte *conſ.14.num.37.* Chaſſan. in *Catal.part.4. conſid.48.* & Menochius *conſil. 126. num.20.* quicquid etiam idem ſcribat *d. conſil. 126. num.29.* & Hotomannus *conſil.105.* Et ſanè id in praxi non obſeruatur: vide Chaſſan.*part.4.conſid.48.& part.7. conſid.47.* vt recte quoque cenſet Gumier *de auctor. Sacri Conſilij*: & Boërius *de auctorit. magni Conſilij num.80.* exemplis adductis.

b Nempe *Meritorum* ratio locum habet in pluribus eodem die promitis,per *l.1.* (& ibi Bartolus & Alexander) *ff.de obſequiis præſt.* ¶ Exemplum in duobus Doctoribus eodem tempore factis: & ita etiam tenet Nicol. Boërius *in d.tract.* vbi id ita obſervatum refert in congregatione Turoni & Lugduni. ¶ Exemplum item in pluribus Senatoribus,ſimul & eodem tempore crea-

tis,ſic quidem ut qualitatem meritorum, non tantùm propriorum, ſed etiam paternorum attendi quandoque velit Riccius, *deciſion*.146. ¶ Neque abſimile eſt, quod Papinianus ſcribit *l.ſpurij*, §.*vlt.ff.de Decurionibus*, priuilegiis cæteris ceſſantibus, potiorem eorum cauſam in ſententiis ferendis haberi, qui pluribus eodem tempore ſuffragiis jure Decurionis ornati ſunt: Nam & ſuffragiorum ſeu calculorum numerus, meritorum fermè index eſt.

c Text. in *l.1.ff.de albo ſcribendo*: ibi, *qui dignitatem Principis iudicio ſunt conſecuti*: Quò pertinet generale illud effatum, Honorandus quem Princeps honorat: de quo vide Chaſſan. *part.1.conſid*.4. ¶ Hinc Doctor primarius in Vniuerſitate, quive libris editis non vulgarem famam conſequutus eſt, ſi ad aliam evocetur, Principis iudicio, & fortè etiam ſingulari ſeu extraordinario ſtipendio, proculdubio cæteris in ea Vniuerſitate tempore prioribus præferetur: de quo extat ſingulare conſilium Hotomanni 37. *editionis in* 8. 105. *in fol.* (quod tractatu *de Academiis* inſeruit Matthias Stephani, *cap.3. num*.33 &c.) ¶ Huc etiam facit, quod Aloyſius Riccius *deciſ*.146. *in pr.* ſcribit: Poſteriorem tempore in Collegio, ſi alibi fuerit in maiore dignitate, proculdubio prioribus præferendum. ¶ Neque abſimile eſt quod ſup. ex Chanutio notatum, de promotionis prioritate. ¶ Quare & hoc ſenſu ſtipendij ſeu ſalarij maioritatem inter titulos præcedentiæ, inter pares & Collegas, numeramus: Quem præcedentiæ titulum admittit quoque Abbas in *c.clerici*, *de Iudiciis*: quem ſequuntur moderni in *l.cum quid,ff.ſi certum*: Baldus, *conſil*.387. & Iaſon: & Cepolla *in tract.de imper.eligendo*: Menoch. *conſil*.902. *num*.15. Sed in hanc rem vulgò abutuntur, etiam Menochius, textibus Iuris, puta lege 1. *Cod.de agentibus in rebus l.1. Cod.de Caſtrenſianis*, *l.vlt. C. de Tironibus*, *l.1. & 2. de offi. Magiſtri off.* Minus pensè

nam

nam *ſtipendia* ibi ſignificant, laborem & actum prolixiorem.

d v. infr. *th.*28.

e Hinc *Doctor* creatus cum examine rigoroſo & diligenti dignior eſt eo, qui nullo examine fuit creatus & ſic Bullatus: *vide ſup. th* 18. *& infr. th.*39. Menoch. *conſil.* 126. *num.*18. Hinc Felinus in *Rubr. de maior. & obed. num.* 2. docuit, Doctorem nobiliorem vel maioris auctoritatis ſeniori præferri. Riminald. ſen. in *l. cum quid, num.*8. *ff. ſi certum pet.* idem affirmavit in Doctore excellentis doctrinæ, vt præferatur antiquiori minus erudito: vide Menoch. *conſ.* 126. *num.*31.

XXII.

Merita quoque Regum & Principum: ſeu priſca & iugis eorum virtus,[a] iuſtumque Imperium, ac nominatim Merita de Fide Christiana[b] vetera, inter Reges & Principes contendentes, præter Regni aut Principatus antiquitatem, rectè ad præcedentiam arceſſuntur. Ea porrò merita hîc intelligimus, quæ ex eâdem[c] Reipublicæ forma repetuntur, ut ſup. monitum.

a Et hoc titulo Reges Franciæ Hiſpanos nominatim vincunt: vide Vignierum *adv. Cranatum p.*59.

b Hunc quoque Præcedentiæ titulum venditant falsò Hiſpani; de quo vide Vignierum *adv. Cranatum, p.*7.8.9. 10. in Regibus Franciæ agnoſcunt exteri ſcriptores quique paſſim: Froſſardus, *vol.*4. *cap.*52. *hiſt.* Michael Surianus, *in relatione ſua Franciæ*, A. D. 1562. Ioannes Baptiſta Hadrianus *lib.*17. *Hiſt. ſui temp.* Cavitellius *in*

Digitized by Google

Annal. Cremonenſib. A. D. 1564. Et eius rei plena eſt hiſtoria: vide Bodinum hac de re, *lib.1.de Repub.9.* & pluribus Vignierum *adv. Cranatum à p.11. ad* 17. & inde *ad* 23. *vide & p.31.32.33.34.58.b.59.* & Auctorem *des lettres d'vn François p.12.13.* Ac nominatim Regum Franciæ merita maxima ſunt de fide Chriſtiana in Hiſpania ipſâ; v. d. Auctorem *des lettres p.12.13.* ¶ His adde merita de ſede Romana inter Principes & Reges Pontificios, quem titulum vel inter potiſſimos adſignant: de quo dictum *th.6. & 33. inf.* ¶ Huc pertinet *Chriſtianiſſimi* titulus, quem ſibi Reges Franciæ pepererе jam inde à Gregorij M. temporibus & ultra. Vide Chaſſan. *part.5. conſid.*30. Vignierum contra Cranatum *p.61. b. 62.63.* auctorem *des lettres d'un François p.11.12.* de quo poſtea quoque *th.25* vbi de Titulis & Inſignibus. Huc pertinet illud Honorij III. *Reges Gallorum oppoſuerunt ſe tanquam murus inexpugnabilis pro populo Chriſtiano*, & aliud ſimile Gregorij IX. Et illud Gregorij M. in epiſtolâ ſuâ ad Childebertum. *Eſſe Regem quia ſunt & alij non mirum eſt: ſed eſſe Catholicum, quod alij non merentur, hoc fortis eſt: ſicut enim magna lampadis ſplendor in tetra noctis obſcuritate luminis ſui claritate fulgeſcit, ita fidei veſtræ claritas inter aliarum gentium perfidiam rutilat ac coruſcat. Quicquid autem ſe cæteri Reges gloriantur habere, hoc habetis: ſed ipſi in hac re vehementius ſuperantur à vobis, quoniam principale bonum non habent, quod habetis.*

c Huic ſcil. inquiſitioni hic terminus figendus eſt, ut generali principio iam *th.5.* ſupra monitum eſt: Nempe politeuma, ſtatus & forma Reip. præſens ſpectanda, vbi de meritis & titulis præcedentiæ agitur. Quare hoc vno principio ruit quartà amplius parte Valdeſij liber, qui aut recentiora, (quanquam cuiuſnam illa ipſa fidei ſint ſcit Deus) vel à Romanorum temporibus vetuſtiora, ad præcedentiam Hiſpaniæ repetit, *c.6.7.8.9.10.11.*

XXIII.

Chriſtianæ item Religionis, ſeu fidei, ſuſceptæ [a] antiquitas & prioritas, inter Reges, Nationes, Civitates [b] paſſim pro titulo præcedentiæ in Conciliis potiſſimum adſignatur. Sed & ab huius vel illius Apoſtoli [c] aut Apoſtolici adventu & prædicatione præcedentiam aliquammultæ vrbes & populi affectant, inani fermè fide.

a Hic ordo obſervatus in Concilio Conſtantienſi: Æneæ Sylvij locus ea de re *lib.2. de geſtis Concilij illius. Ego,* inquit, *nequaquam timebo Nationum ſervare ordinem, qui Conſtantiæ fuit ſervatus, nec mihi invidiam timeo, quia nec præpoſitis gratiam, nec poſtpoſitis iniuriam faciam: Ordinem namque iſtum neque Nobilitas neque Maioritas peperit, quia ut quæque Natio verbum Dei prius ſuſcepit, ſic prior habetur.* In Baſilienſi quoque concilio diſertè Nicolaus Raualliús,ut refert Ioannes M. *lib.16.Goth Hiſtor. cap.28.* Legatus Erici R. Daniæ & Sueciæ. *Memoriâ,* inquit, *tenemus argumenta aliorum Regum & Principum ad prioritatem concludendam in hoc ſacro concilio inducta, quibus perſuadebatur tam antiquitati Regni, quàm ſuſceptæ fidei pro hâc causâ inhærendum eſſe.* Et in omnibus Ceremonialibus inter quatuor nationes hic ordo obſervatur: nempe, priore loco ponitur Italia: Secundo Gallia: Tertio Germania: Quarto Hiſpania ſeu nouiſſima Chriſtiana facta, ut etiam Goldaſtus refert *lib.1. Senioris c.17.num.12.* De Franciæ Regibus notum eſt, jam inde ab A. D. 500. Chriſtianis: vide Vignierum *adv.Cranatum p.5.6.11.* Contrà, Hiſpania ſub Gothis Arianis primùm, dein ſub Mauris & Saracenis egit diutiſſimè. In Curia Romana

hoc principium ſervari ex vetuſto Provinciali tradunt Martinus Polonus *Chron.* Anton.Corſetus *de poteſt.Reg.* *tomo* 5. Mart. de Cazariis,Laudenſis,*de prin.qu.*76. Calcfatus *tract. de equeſt. dign. num.*102. *& ſeqq.* Chaſſan. *par.*12.*conſid.*56. Miræus *in Notit.Epiſcop.*

b Vide quæ Chryſoſtomus *homilia* 7. *in Matth.* ſcribit, Antiochiæ & Sirm. in S.Ignatium de πρεσβεία tum ob moram D.Petri,tum ob Chriſtianum nomen,quod ibi primùm auditum.

c Hinc affectatio & oſtentatio illa Epiſcopi Compoſtellani de adventu Iacobi Apoſtoli : cujus causâ in Concilio Lateranenſi controverſia circa primatum Eccleſiæ inter eum & Tarraconenſem, ac Toletanam Eccleſiam orta,præferri ſe oportere contendebat. Verùm & Rodericus Ximenius Archiepiſcopus Tolet. hanc de Iacobi acceſſu in Hiſpaniam hiſtoriam pernegavit: & Baronius, *tomo* 9. A. 816. plenè refutavit: Contra quos ſcripſit Valdeſius *cap.*6. *num.*8. & in *prætermiſſis ſub f.* & peculiari libello, Antonius Caracciolus Neapoli. A. 1623. Inter ECCLESIASTICOS quoque in Germaniâ hæc Apoſtolicorum ratio ad præcedentiam arceſſitur. Hinc Fuldenſis Abb. prærogativa ſupra Colonienſem & Magdeburgenſem Archiep. ob memoriam Bonifacij, item quòd ea Abbatia mater & alumna fuerit Epiſcoporum & velut vagina : de quo vide Brovverum *Fuldenſ. Antiq.lib.*1. *cap.*16. & quæ dixi ſuprà *th.*6. vbi de conſuetudine. Hinc Epiſc.Eiſtatenſis,ob Wilibaldi cum Bonifacio in religione procurandâ perenne conſortium, præ cæteris Magontinæ ſedis ſuffraganeis, Metropolitani ſui dextram tegit, & aliis prærogativis gaudet. Vide Philippum Ep. Eiſtet. de S. Walburg. *tom.*4. *Antiqu.lectionum.*

XXIV.

XXIV.

Libertatis Auctores primi inter Pagos & Provincias confœderatas, quæ in unum Reipublicæ corpus ſeu σύστημα coaluerunt, non potentiores aut ditiores, præcedentiam obtinent, capitaque cenſentur ob meritum videlicet vindicatæ libertatis.

Exemplum in pagis *Helvetiis*, vbi *Tigurini* hac de cauſa Principem locum obtinent: In *Belgicis* quoq; Provinciis confœderatis, vbi ideò Geldri primas tenent: vide & Bodinum, *lib.*1. *de Repub. cap.*9.

XXV.

Inſignia [a] armorum, Rituum [b] ſolemnia, Titulorum [c] inania, Miraculorum [d] virtutes, & id genus parerga, pictoriis & tectoriis ſimillima, utpote arbitraria, ſæpè etiam commentitia, inter præcedentiæ titulos non rectè numerari puto. Etſi rectè numerantur, inſignia habituſque dignitatum [e].

a Quæ alioquin multi vrgere ſolent, qui de inſignibus Franciæ, Pontificalibus & aliis ſcripsêre: de quo vide Chaſſan. *part.*1.*concl.*38. *&* *parte* 4.*conſid.*72. *&* *parte* 5. *late:* Valdeſium *in cap* 15. *&* 16. Baldum *conſil.*387. Onciacum *de la preced. de la Nobl. p.*178.179.

b Hoc in cenſu quoque colloco διοπετῆ illa quæ cælitùs delapſa memorant, Oleum, Flammulam, Lilia. Hoc

etiam numero Vnctionis Regiæ prærogativam & ritum pono,etſi alij inter titulos præcedentiæ & vel maximè,numerent, etiam ex Provinciali veteri Eccleſiæ Rom. de quo vide Alberic. de Roſate, *in Rubr.de ſtatu hom.* Chaſſan.*part.5. conſid.29.* (vbi ideò Regem Franciæ Regi Romanorum præferendum ſcribit: qui ſanè Rex Franciæ certiores alios & indubitatos habet præcedentiæ ſuæ titulos) & *conſid.31.* Valdeſius *cap.14.*

c. Veluti *Imperatoris* titulum, quem Hiſpani memorant duos Hiſpaniæ Reges, Papæ permiſſu, ſibi vindicaſſe: de quo vide Cranatum, & Vignerum *adverſus Cranatum, p.25.26. & 43.b.* Sanè ſi huiuſmodi tituli advocantur,ſolis Regibus Franciæ *Auguſtorum* nomen ab Impp. Græcis tributum, iiſque adhæſiſſe, imò & *Imperatorum*, memorant veteres Hiſtoriæ, & teſtantur chartæ veteres Dagoberti, Ludovici Craſſi, Ludovici Iunioris & & aliorum: vide auctorem *des lettres d'un François*, &c. *p.7.* Ita & Iuſtinianus A. Aretham Saracenorum Ducem,Imperatorem nominauit,teſte Procopio *lib.1.belli Perſici.* Bulgarorum Principes ita quoque ab Orientis Imperatoribus dicti ſunt, teſte Luitprando *in Legat.* Tandem, ut ad Regem Franciæ redeam, Anaſtaſius Clodouæo Imperatorium nomen & mundum tribuit. *Catholici* ſane nomen (quod etiam ab Angelis Hiſpaniæ Regibus quibuſdam tributum Hiſpani memorant, ſed reverà à Iulio II. Papa: de quo vide Vignierum *adv. Cranatum,p.60.b.61.63. b.64.65.*) locale & reſpectivum, inter cæteros Hiſpaniæ Reges, iis Regibus quibus tributum, ad præcedentiam valere in Conciliis potiſſimùm cenſemus. Cæterorum verò extra Hiſpaniam Regum Chriſtianorum reſpectu nihil omninò facere aſſerimus.Ferdinandus V. quippe primus, A. D. 1480. id nominis ſibi adſcivit, ut ab aliis Hiſpaniæ Regibus Sarracenis, Arrianis diſtingueretur: qui titulus ei confirmatus A. 1512. à Papa Iulio, ut Hiſpani quoque

que teſtantur: vide auctorem *des letres d'un François*, p. 11. Longè alia ratio tituli Chriſtianiſſimi, Franciæ Regibus quæſiti: de quo *th. 22. adv. Valdeſ. cap. 13. num. 16. 17. 18. ſupr.* Nam ut hic titulus rei veritate nititur, ita univerſarum totius orbis Chriſtiani Regum reſpectu Franciæ Regibus quæſitus. Ab his ſecerno titulos, qui ad diſcrimina dignitatum publicè conſtituti, & pro ratione tamen locorum diverſe: vide Knichen, *de Saxon. non provocandi jure, cap. 2. num. 87.* De quibus titulis, & argumento inde ad præcedentiam Principum, videndus peculiaris tractatus Rodolphini & Sabloneta, *de origine dignit. & poteſt. Ducum Italiæ*, in quo principaliter tractat, num Ducibus Italiæ conveniat titulus *Sereniſſimi*: vide & Reinhardum Robigium *de rebus Criticis, lib. 6. cap. 8. & 9.*

d Ita maiore gloriâ & honore digni habentur Abbates *mitram* & alia inſignia deferentes, quàm non inſigniti, *cap. ut Apoſtolicæ, de privileg. in 6.* & ibi Geminianus, & Decius, & egregie Baldus *conſ. 387.* Archidiaconus habet *col. 1. verſ.* inſignia etiam nobiliora, *lib. 1.* Purpur. *conſ. 540. num. 17. lib. 2.* Martinus Nauarrus *conſ. .. n. 5. tit. de maior. & obed. lib. 1.* Menochius *conſ. 126. num. 36. & 902. num. 16. 17.*

Ita olim apud Romanos, Proconſules Præſidibus digniores fuêre, ob id quòd illi faſcibus & inſigniis uterentur: Hic verò non ſimile eſt, quod dicimus dignitatem maiorem & minorem dignoſci ex veſtibus: vide Menoch. *d. conſil. 902. num 17.*

Hoc argumento etiam vtitur idem Menochius *ibid. conſ. 902. num. 17.* ad arguendam præcedentiam Præſidis Regij redituum extraordinariorum ſupra Senatores Regios, priùs eâ dignitate ornatos: nempe quòd Præſes incedendo duos oſtiarios ſemper præmittat, qui à Regiâ Maieſtate conſtituuntur, vt etiam Senatus Præſidi conceſſum eſt.

Digitized by Google

De Pallij, & Stolæ honore vide Rubeum *inter deciſ. Grat.cap.*298. *à num.*54. & aliis veſtibus : vide Gratianum *cap.*845. *num.*50.51.52.53. Nempe ex veſtibus & habitu argumentum ad præcedentiam ſumitur: vide Chaſſan. & alios, *ibid.*

XXVI.

Extra-collegialis, ſeu adventitia dignitas, multò magis ab extraneo collata, inter collegas, vbi de præcedentia in collegio ipſo agitur, nullo modo ſpectanda eſt, nec ad præcedentiam quicquam facit.

Vide *quæ inf.th.*34. de locali præcedentia, pleniùs : vide Chaſſanæum *part.*4. *conſid.* 48. Peregrinum *conſ.*3.*num.* 31.*vol.*2. Calefatum, *de equeſtr.dignit.num.*82.&c. Langlæum 7.*Semeſt. cap.* 18. *p.*467. Onciacum *de la preced. de la Nobl. p.* 112.113. 168.169. Hinc Romæ in Augurum Collegio, qui ætate provectiores erant, ſententiæ principatum tenebant, & non ſolùm honore antecedentibus, ſed etiam iis qui cum Imperio eſſent, maiores natu Augures anteponebantur: teſte Cicerone *in Catone Maiore.* ¶ Hinc vice verſa Pontifices Senatores in Senatu nulla habita ratione Pontificatus ſententiam rogabantur, teſte eodem Cicerone *ad Atticum lib.*4. *epiſt.*2. ¶ Huc pertinet quod de Epiſcopo vel Canonico Doctore non ideò alteri præferendo ante notabamus *th.* 21. ¶ Hinc Camerarius Cardinalis extra locum Cameræ ſedet in ſuo loco ut Cardinalis, non habito reſpectu ad eius officium extrinſecum : Chaſſan. *part.*4. *conſid.*14. ¶ Hinc in Gallia dignitas Præſidum Claſſium inquiſitoriarum, nil facit in Senatu ad præcedentiam ſupra alios Senatores: vide Langlæum 2.*Semeſt.*9.

Chenu

Chenu *cap.*170. Maynard. *lib.*1.*cap.*7. Hinc Advocatus Regius vel Conſiliarius,Scabinus electus poſteriùs Senioribus Scabinis poſtoponitur. Bouvot. *tom.*2. *verb. Eſchivins qu.*25, *&* 27.ſibi ſcilicet imputet, qui officium dignitati ſuæ impar acceptavit. ¶ Duos hîc caſus excipio quibus Adventitia Dignitas inter Collegas attenditur: Primus continetur in Vlpiani Rhetoris, *l.*2. *ff.de albo ſcribendo*, ubi eoſdem Decuriones, dignitate aliqua à Principe auctus nudo Decurioni præfertur. Aretinus quoque *conſ.*13. *in fi.* definit, quòd dignitatem habens præcedere debet eum qui non habet. Secundus eſt is quem notavi *ſup* 6. exceptione ad Reg. de promotionis prioritate, *th.*18. Hinc Epiſcopi, beneficio Papæ à primarum ſuorum Iuriſdictione exempti, non ideò cæteris Epiſcopis præferuntur, de quo dixi *ſup. ubi de libertate th.*20. De Epiſcopis habentibus jus pallij vide Chaſſan. *part.*4. *conſid.*26. Et Rubeum *inter deciſ.Gratiani cap.*298. *num.*63. & Albertum Picciolum *diſſertatione de antiquo jure Eccleſiæ Sicula cap.*9.10.

XXVII.

Concurſus ſeu cumulatio, multiplicitas, coniunctio,unio plurium dignitatum,ſeu duplex dignitas,ſive eiuſdem,ſive diverſi gradus, ſupra eum qui unicam tantùm dignitatem ſuperiorem ex illis habet, titulus nobis ſufficiens præcedentiæ regulariter non videtur.

Plura ſeu diverſa officia in eadem dignitate conſtituta, ſeu duplicata vel triplicata dignitas, non tribuunt præcedentiam: quicquid Ioannes à Platea obſervet *in l.*1. *num.*1. *& l.*3. *in quarto notab. C.de ſilentiar.* & Menoch. *conſ.*126.*num.*7. ſeu quando dignitates duæ iunctæ non

ſunt maiores vnâ ſolâ,duplex dignitas non tribuit præcedentiam:vide Menoch. *conſ.902. num.* 68.Text.equidem in contrarium eſt in Gratiani conſtitutione, puta *l.un. Cod.Theod.de Conſulibus, Præfectis, Magiſtris militum & Patritiis*, & in Novella Valentiniani III. *inter Theodoſianas* 48. *de honoratis & quis in gradu præferatur* (ubi Gratianea conſtitutio prædicta memoratur, quò etiam ad aliquid pertinet locus Sidonij Apollinaris,*lib.* 1. *epiſt.*11. ubi de epulo Majorani loquitur) ubi, idem & Conſularis & Patritius nudo Conſulari præfertur, vel etiam, ſi idem Conſularis & Magiſter Militum ſimul fuerit: & ratio ea l. additur. *Neque enim vnus tantum honor poteſt duobus aut tribus anteferri.* Verùm ad hodiernos dignitatem gradus id non facile traham. Singulare quippe iſtud Gratiani privilegium fuiſſe obſervandum eſt,ad ſubvehendum Conſulatus faſtigium, quem etiam Principes olim ſibi adſciſcebant. ¶ Quicquid etiam fermè notent Dd.plures Ducatus habentem unicum habenti præferri,& in his poſt Baldum Natta.*tom.* 3.*conſ.*637. *n.*16. & *conſ.*638. *num.*18.19. Vide & Portium Imolenſem,*conſ.*167. *n.*80.83. Marzarium *conſ.*16.*n.*16. qui omnes de eadem facti ſpecie interrogati reſponderunt, Ducem Ferrariæ ob plures dignitates præferendum eſſe Duci Florentiæ: & *th.*19. de *fortuna bonis ſeu maiore potentia ſup.lit.c.* Item Marchionem & Comitem ſimul, ei præferendum qui nudus Marchio ſit: Item Comitem & Baronem, ſimplici Comiti, ſecundum doctrinam Baldi *in l ſed & milites in pr. ff.de excuſat.tut.* de quo vide & Chaſſan. *part.*5. *conſid* 37. *&* 48. Tiraquellum *de nobil.cap.*5.*num.*8. Menochium *conſil.*902. *à num.* 65. *ad* 69. pleniſſimè: vide eundem *conſil.*51. *num.*31. *& conſ.*126. *num.*10. quod & ipſum non admitto. ¶ Quicquid etiam dicatur; duo vincula uno fortiora eſſe *ex l. fi.C.de edict.D. Adriani. l.*1.*de privil.credit.* §.*ſed hodie Inſt. de adopt.* Dictum enim iſtud obtinet in vinculis quæ aut

à natura

à natura, aut à conſilio, non quæ à fortunæ beneficio promanant. ¶ Quicquid rurſum dicatur, ſi dignitas dignitati addatur, augeri dignitatem veluti ſtellis minoribus: item ſicut pulchræ mulieris pulchritudo augetur à dictis, gemmis, margaritis, Natta *d.n.16.* ¶ Neque tandem probamus, quod de Doctorato in pluribus ſcientiis diverſis genere, quarum una gradu minor eſt alteri tempore priori præferendo ſcribunt: Nempe Doctorem Canonum & Theologiæ præferri ſimplici Theologo; Hoſtienſis & Abbas poſt alios, *cap.1. de conſangu. & affin.* Contra rectè Chaſſan. *p.10. conſil. 37. col.2.* qui ait, Doctorem in iure civili & medicina ſimul, vel in artibus, non ideò præferendum Doctori Canonum tantùm; imo ſemper præferendum Doctorem Canonum: quoniam de nulla aliarum fieri poteſt comparatio ad illam: & ille gradu ſolus videtur potentior & efficacior. Ita quoque declarant Mart. Nauarrus *conſ prim num.15. tit. de maior. & obed. lib.1.* & Petrus Rebuffus, *in tractatu nominat, num.51.* Idem ſenſit Rubeus *conſil 86. inſ.* Illud equidem fateor, Doctorem in utroque, ei qui in altero tantùm, etſi tempore priori præferri, ſeu mero Canoniſtæ: Io. Andr. Abbas & DD. *in cap. Clerici de judiciis,* Felinus *de maior. & obed. num.3. verſ proced:t.* Menoch. *conſ.326. num. 11.* vide & quæ Decius *in l. cum quid in prima lectura, num.15. & 17.* & in *ſecunda, num.28. ſi certum petat.* & ad *cap. Clerici num.8.* & Chaſſan. *d. conſil.37.* vide Tiraq. *de nobilit. cap.5. num.8.* vide & Cardin. Tuſchum. Adeò quidem ut etſi ſtatutum ſit Salamantinæ Vniuerſitatis, ut licentiati facti in illa univerſitate omnibus Doctoribus & magiſtris graduatis in aliis Vniverſitatibus præferantur licèt tempore prioribus, tam in ſeſſionnibus quam in omnibus aliis rebus, attamen Licentiatum in uno gradu veluti in medicinâ, graduatus alibi in utroque, id eſt, in medicina & artibus præcedere debeat:

ut deciſum notat Iacobus Puteus *lib.2. deciſ.*340. ¶ Hinc & Geminianus *in cap.Iſidorus diſtinct.*16. Barba *conſil.*57. *in f. lib.*2. Boërius *de auctor.magni conſilij, num.* 62. Petrus Leuanderius *in tractatu de doctorib. p.*3. *qu.*4. ſcribunt, Epiſcopum Doctorem anteponi Epiſcopo antiquiori non doctorato. ¶ Hinc Martinus Navarrus *conſ.*1. *num.*5. *&* 6. *lib.*1. dixit, Cardinalem Cancellarium præferri antiquiori Cardinali non Cancellario. ¶ Illud ſanè rectè Bartolus *in rubr.proœm.ff.num.*5.& Iaſon.*in l.*1.*num.*12.*ff. de off.eius cui mand.* & interpretes *ad tit. Cod.de profeſſor. qui in Vrbe Conſt.* Arumæus *diſcurſu peculiari de hac re*, Doctores & Licentiatos qui publicè profitentur, licet iuniores, Doctoribus aliis licet Senioribus præferri. Ratio hæc eſt, quia ad titulum dignitatis honorarium, accedit actualis profeſſio. ¶ De Concurſu ſanè plurium dignitatum inferiorum, quæ ſingulæ non juvant, ſeu quarum nulla per ſe ſufficiens eſt, ad excludendum eum qui alioqui magnam unam habet dignitatem, inter Doctores multo magis convenit, cum ad præcedentiam nihil efficere: Ita in ſpecie Iacobatius *de Conciliis, lib.*1.*art.*2.*num.*26.& Romanus *conſil.*333. *num.*8. Peregrinus *conſil.*3. *num.*41. *p.*2. Chaſſan. *part.*5. *conſid.*4*. & *parte* 10.*conſid.*37. Felinus *de maior. & obed. num.*2. *in f.* Rubæus *conſil.*86. *num.*3. Anton. Gabriel. *lib.*6. *de maior. & obed.concl.*1. Oncianus *de la preced.de la Nobl.p.*94. Quomodo etiam ſcribit Marzarius *conſ.*26. *num.*5. habentem plura regna exigua, vel plures Ducatus tenues, non præferri habenti Regnum vel Ducatum magnum. ¶ De duarum qualitatum concurſu, vide Menoch. *conſ.*51. *num.*31. &c.

XXVIII.

XXVIII.

Repetita, ſeu iterata, geminataque eadem ſuprema dignitas, iuſtus ad præcedentiam in eadem Republica titulus nobis videtur.

Rem hanc alioquin ancipitem facit Iuris Romani diverſitas. Sanè enim vetuſtiſſima & media Iuriſprudentia id ita obtinuit. Gellij auctoritas hanc in rem præſtò eſt, *lib.2. cap.15. Solitos audio*, inquit, *qui lege potiores eſſent, Conſules, primi menſi faſces Collegis concedere aut ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut ſecundum Conſulatum ineuntibus*. Sed & Valentinianus III. id quoque poſtea reduxit *Nov. inter Theodoſianas 48. de Honoratis & quis in gradu præferatur.* Item tertium Conſulatum Hadriani temporibus præcedentiæ jus (ac proinde ſententiæ in Senatu dicendæ prærogativam) tribuiſſe teſtatur Spartianus, *in vita Hadriani*, cùm de affectu & honore Serviano ab Hadriano delato agit: *Serviano*, inquit, *ſororis viro, cui tantum detulit, ut ei venienti de cubiculo ſemper occurrerit, Tertium Conſulatum* (nec ſecum tamen, cùm ille bis ante Hadrianum fuiſſet, Conſul ſcil.) *ne eſſet ſecunda ſententiæ, non petenti ac ſine precatione conceſſit.* Cuius loci hic ſenſus eſt, hoc honori Serviani datum ab Hadriano, ne tertium ei Conſulatum ſecum deferret, ne aliquin Servianus eſſet ſecundæ ſententiæ, id eſt, ne ſecundus ſententiam rogaretur, cui ob tertium Conſulatum primæ ſententiæ jus eſſe debebat. Tertij igitur nominatim Conſulatus hoc privilegium fuit. Quare & idem Spartianus obſervat pro magno, Hadrianum plurimos tertio Conſules feciſſe, infinitos autem ſecundi Conſulatus honore cumulaſſe. Chryſoſtomi quoque locus eſt, *Homil.10. in Hebræos*, ubi de Conſulatus honore maximo agens, repetitionem Conſulatus honorem ſeu ἀξίωμα auxiſſe refert: Igitur

privilegium hoc Conſulatus, & nominatim tertij fuit. Atenim Valentinianus III. poſteà geminato Conſulatui eundem honorem detulit. ¶ At contraria ſententia placuit Theodoſio Iun. Valentiniani Collegæ, puta,ut ſemper prior tempore præferretur ei qui iterata vice faſtigia Conſulatus aſcenderit: hac ratione addita, *Repetiti enim faſces virtutes ſæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil eſt altius dignitate, l.1.Cod.de Conſulibus*:vide & hac de re Cuiacium *ad l.2.eius tit.*& Theodorum Sitzmannum, *in notis ad Boëtium lib.2.de Conſolatione,proſa 3. num.55.* Turneb.*lib.29. adverſ. cap.12.* Colerum *parerg 34.* vide & quæ Chaſſan. *part.8. conſid.27.* Huc pertinet & regula ſeu argumentum ab actibus geminatis. ¶ Ego tandem publicè intereſſe puto, ut ex geminato Honore in Republica titulus præcedentiæ inducatur.

CAPVT QVARTVM.

De CAVSA EFFICIENTE, & MATERIA & OBIECTO, *tandem* & FINE *dignitatum, an & quatenus ſpectanda in Controverſiis de præcedentia.*

XXIX.

Ordinantis, ſeu dignitatem conferentis, quò major eſt dignitatis ſubſtantia,eò major quoque ordinati,& dignitate aucti eſſe debet: datâ videlicet temporis paritate: ſic ut à maiore ordinatus, vel dignitate auctus, præcedere debeat à maiore ordinatum.

Qui à

Qui à maiore domino dignitatem ſuſcepit is cæteris præfertur etſi & ætate iunior, etſi tempore poſterior. Denique maioritas quoq; conſideratur ex prærogativa ſeu maioritate ordinantis vel concedentis: vide gl. ad *l.2. de albo ſcribendo*(Nam ipſa lex perperam id id etiam à Menochio *conſ.126.n.33.& 257.n.10.* adducitur) & gl. *in c.per tunc de maior.& obed* Vide Speculatorem *tit.de cit. §.tam de citat.verſ.porrò.* Lauderis, *tract.de dignit.concl.32.* Vaſquium *arg.2.num.26. & arg.12.num.136.* Decium *in Rubr.de poſtulando in pr.* vbi allegat *c.per tuas, de maior. & obed.* Incertum auctorem poſt Regg. Socini, *Reg.5.* Peregrinum *conſ.3.nu.24.vol.2.* Nattam *vol.3.conſil.637. n.14.638. n* 20.&c. Videndi & alij Conſiliaſtæ, quos allegat Nolden, *de ſtatu Nobil. cap.2. num.15.* Vide & Riccium *tit.praxis præcedentiarum deciſ.177. ad fi.* Rodolphinum de Sabloneta, *de Ducibus Italiæ, num.* 6. Petrum Calefatum *de Equeſt dignit. num.*45. ¶ Exempla eius rei varia. Canoniſtæ exemplum ponunt in dignitatem habente à Papa: vide Nattam *d.conſ.* 638. *num.* 10.11.12. 13.14.15. & 638. *num.*20.21.22. Et Gratianum *deciſ.*106. *n.* 30. & 845. *num.*34. Decian. *conſ.19. num.214. lib.3.* &c: veluti Canonico à Pontifice creato, qui præferatur ordinato ab Epiſcopo vel alio inferiore *c.per tuas, de maior.& obed.* ubi Abbas & reliqui: de quo vide Chaſſan. *part.4. conſid.*49. & aliud exemplum *conſid.*52. Collegium Bononienſe *conſil.pro Monachis S.Benedicti, num.*8. *& ſeq.*& Felinum *in c.per tuas,ext.de maior.& obed.* ¶ Illud ſanè exemplum, quòd ponunt in Duce, Doctore, Equite milite creato à Papa, quod is præcedere debeat creâtum ab Imperatore, non admitto de eo interim: vide Franc.Tig. *in l.2.de albo ſcribendo:* Abb. *in c.per tuas de maior. & obed.* & *in cap.poſtulaſti col.2. de conceſſ. præb.* Laud. *tract.de dignit.concl.*17. Romanus *in l.ſi vero §.de vi, 49. ff. ſoluto matrim.* Alex. *in l.2. §.prius, ff.de vulgari & pup.* Andr. Sicul. *in cap.quod Clerici colum. pen. de foro*

comp. Natta *conſ.638.tom.3.n.20.21.22.* ¶ Exemplum in Officiariis juſtitiæ, ubi ſane Regij Officiarij, Officiariis Dominorum ſubalternarum & Municipalibus præferuntur: vide Chaſſan. *part.7. conſid.38.* Chenu *c.193.194.* ¶ Exemplum in militibus ſeu Nobilibus, de quo vide Chaſſ. *part.7. conſid.38. part.9. conſid.26.* Nolden *de ſtatu Nobil.c.2.n.15.* ¶ Exemplum in Advocatis, qui recepti in Parlamento, hi quippe (licet tempore poſteriores) preferuntur Advocatis receptis in ſede particulari Balliuiatus: niſi ſi extra Parlamenti ſui deſtrictum res agatur: veluti ſi Advocatus Pariſienſis in ſede Cabillonenſi Parlamenti Burgundici verſetur: de quo vid. Arreſtum apud Bouvotum, *tom.2. v. Advocat.qu.2.* ¶ Exemplum in Nobilibus. Hinc Andreas Siculus *in tract.de præſtant Card.col.9.* dixit, quòd nobiles Veneti ſunt nobiliores Raguſinis. De quo adhuc *th.prox.30.* ¶ Hoc argumento utitur Menochius *conſ.257. n.10.* &c. pro præcedentia, Decani qui dignitatem habet à Papa ſupra Vicarium, qui habet tantum ab Epiſcopo. ¶ Non admitto exemplum in Doctoribus, quaſi Doctor creatus à Principe præferatur Doctori creato à collegio Doctorum: quod tamen ſcribit Decius *in l.cum quid 2.lect.nu.11. ff. ſi certum pet.* Iaſ. *in l.2. §.prius, n.16. ff. vulgari & in l.ſi quis maior.n.31.C.de tranſact.* Tiraqu. *de nobilit.c.6.nu.8.* & Menochius *conſil.51.n.30. & 126.n.31. & 257. n.11.* vel creatus in ſuperioris alicuius Principatu præferendus ſit creato in inferioris, (de qua alioquin quæſtione, vide Chaſſan. *part.10. conſid.31.* Menoch. *conſil. 902. num.59.* Nolden. *de ſtatu Nobil.c.1.nu.15.* ubi plures allegat:) quia Doctoralis dignitas non à beneficio concedentis manat, ſed præmium Scientiæ eſt. Quare multo magis hic ſubmouemus Bullatos Doctores, de quo plura *inf.* vbi agetur de Codicillar. *th.39.* Sane & aliæ limitationes hujus Rei ſunt, de quibus vide & incertum Auctorem poſt Regulas Socini *Reg.5.* ¶ Quæſtionem utrum delegatus

gatus à Principe ratione dignitatis ſeu Præcedentiæ maior ſit quolibet ordinario, & ſic ei præferri debeat, alio principio commodiùs excutiemus, de qua vide interim Bellon. *de mandata juriſdictione c.9.q.9.n.8.ad fin.*

¶ Tandem neque illud probamus. Principes & Nobiles vnius loci vel Regni cæterorum Regnorum & locorum Nobilibus præferri, veluti Nobiles Germaniæ, ut re ita & nomine ipſo. Vt omittam huius rei teſtimonia ex antiquitate, ex Trebellio Pollione *in Regilliano*: imò ex Tertull. libris *ad Nationes l.b.1.cap.10.lib.2.c.10.in fin.de ſpectacu.c.30. lib.2.ad vxor.c.6.* ex Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptoribus, Rufino, Anaſtaſio, & aliis poſteriorum ſæculorum auctoribus Caroli M. ætate ferè coniunctis Albino Flacco in iis epiſtolis quas ad Carolum M. ſcripſit. Nam ut maximè Imperator cæteris Regibus præferatur, attamen ſubſtantia dignitatis Imperatoriæ cum Regia eadem eſt. Hinc & Feudiſtæ Imperatorem Regem paſſim nominant: & ipſa Bulla Caroli IV. Neque poteſtas alia Imperatoris quàm Regis: vide Lancellot. *in Templo omnium judicum c.2. §.3. verb. de magnit. Regum.* Idq; etiam multis probat, qui adverſus Bellarminum ſcripſit *de Tranſlatione Imperij c.6.* Sic ut nonniſi ſoni differentiam ſtatuat inter Imperatoriam dignitatem & Regiam, quomodo ICtus pignus & hypothecam ſono tantùm differre dicebat. Idque etiam ſequentibus argumentis confirmari poteſt circa Regem Francorum & Regem Romanorum. Hinc ſc. Rex Roman. *αὐτοπρόσωπος* Legatis Imperatoriis præfertur, cùm aliàs inferioris gradus Princeps *αὐτοπρόσωπος* altioris dignitatis alicuius legatis poſtponatur: *ut th.* 48. oſtendetur. 2. Hinc Rex Franciæ cum Imperatore collateraliter incedere ſolet: quod teſtatur Guido Papæ *deciſ.*229. Gaguin. *lib.9. c.2.* & Hiſtoria congreſſus *Caroli IV. Imp. & Caroli V. Reg. Franciæ, & Venceſlai Regis Roman. Pariſiis.* 3. Hinc Carolus V. Imp. Regi Franciſco in Hiſpania primas ſeu dextram

Digitized by Google

in inceſſu tribuit: de quo *th* 10. *ſup.* cùm alias ſuperioris dignitatis qui eſt; ne domi ſuæ quidem inferiori dextrum latus concedere debeat: de quo *th.* 10. *ſup.* ¶ Ita Burgundiæ Dux qui titulum habebat à Rege Galliarum præferabatur Duci Florentino, Ferrarienſi, Vrbinati & aliis pluribus, qui à Cæſare aut à Pontifice creati erant Duces. Chaſſan. *p.* 5. *conſ.* 45. & ex eo Menochius *conſ.* 126. *num.* 14. ¶ Ita Proconſules qui à ſenatu mittebantur, Præſidibus, qui à Principe, potiores fuêre: vide Dionem *lib.* 53.

XXX.

Regionis [a], locique, cui Principes præſunt ratio, & ſic de eorum locorum præſtantia veterum elogia, necquicquam ad præcedentiam faciunt. Ad Epiſcoporum [b] ſane, ſub eodem Principe conſtitutorum, præcedentiam olim. Vrbium ratio quædam [c] habita. Ad Nobilium [d] quóque præcedentiam facit regionis locíque ratio, ſi videlicet regio illa ſive locus majore dignitatis ſubſtantiâ cenſeatur.

a Quod magno iudicio comprobat Speronius Speroni, *Diſcurſu Italico de præcedentia Principum*, quem Ioanni Ferdinando Valeſio Mediolanenſi Gubernatori inſcripſit: & Natta pulchrè *d. conſil* 637. *num.* 45.46.47.48.49. & *conſil.* 638. *num.* 50.51.52. Præ quibus futilia ſunt, quæ Valdeſius ſcribit *cap.* 4. *de digniat. Reg. Hiſp.* ¶ Fundamentum huius principij ex eo pendet, quòd Principum præcedentia metienda ſit ex ſua dignitate, non extra ac multò minus ex loci ratione. Huc pertinet gl. in *l.* 1. *in verb. ſuffragatur*, *Cod. de colon. Palæſt.* vbi voluit, non magis priuilegiatum eſſe eum qui natus eſt in terra

Digitized by Google

terra in qua Chriſtus naſci voluit: & huius gl. meminit Rom. *in l. ſi verò*, §. *de viro* 14. *ff. ſoluto matrim.* vide & alia multa ſimilia apud Nattam *d. loco.* Hinc & rectè notant, Hieroſolymitanum Epiſcopum non ideò Epiſcopo Romano ipſo jure præferendum, quòd in illa Vrbe Salvator Noſter & prædicavit, & paſſus eſt, & reſurrexit: etſi aliquo honore ob eam cauſam habitum ſcimus ex canone *Niceno* VII. imò & tandem ſpeciali privilegio Patriarchatus dignitate auctum. Quare neq; Regi Hieroſolymitano ullam eo nomine de jure præcedentiam ante Reges omnes alios deberi aſſerimus, quicquid Hiſpani contrà dicant, inani titulo Regis Hieroſolymitani tumidi: vide Vignierum *adv. Cranatum*, *p.* 43. *b.* 44. *a.* etſi ſcimus aliquo honore habitum Regem Hieroſolymitanum olim cùm Galli eo potiti eſſent, propter meritum vindicati eius eo tempore, quo peculiaris locorum illorum ſanctitas habita.

b Alia igitur ratio eſt Eccleſiaſticorum, ſub eodem Principe conſtitutorum: Proculdúbio enim ex Provinciarum & Sedium dignitate, Primatum dignitas & præcedentia iam olim pependit: Ita quidem ut non aliunde pependerit. Inde enim & Epiſcopus Romanus primas olim tulit inter omnes Epiſcopos, *διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην*: vide *canonem Concilij Conſtantinop* III. Hinc ſecundas poſtea tulit Conſtantinopolitanus, ſubmotis in tertium & quartum locum Alexandrino & Antiocheno, eò quòd Conſtantinopolis nova Roma facta fuiſſet: vide *Nouellam* 131. *cap.* 1. Confirmatur & hoc principium apud Gratianum variis canonibus: puta *cap. concilia*, § *hinc inde diſt.* 17. *Col. bene quidem diſt.* 96. *cap. provinciæ* & *cap. ſeq. diſtinct.* 99. &c. vide Valdes, *cap.* 2. *num.* 5. Idque immoti principij loco habitum, ut prout ciuitatis dignitas à Principe efferretur, ita & Epiſcopi ſimul ſubueheretur. De ambitione Conſtantinopolitani inſecuta nunc non labora-

Digitized by Google

mus. Hinc quoque ſi provincia in duas divideretur, præcedentia ei Provinciæ eiuſque Rectori adſignabatur, cui antiqua Metropolis in diviſione ceſſiſſet. Hinc Primarum & Secundarum Provinciarum nomina, veluti Germaniæ, Belgicæ: *de quo l.4.ff.de off.adſeſſ.& l.9.ff. de poſtuland.* Hinc Primatum inter Epiſcopos nomina: Extra Primates inter cæteros Epiſcopos comprivinciales nulla Eccleſiarum dignitatis ratio habebatur, ſed conſecrationis tantum ordo, de quo dixi *th.*18 *ſup.* in Promotionis prioritate. De Mediolanenſis & Ravennatenſis Epiſcoporum controverſia vide Chaſſan. *part.* 4. *conſid.* 21. & Beſoldum *p.*154. *de præced.* Hinc & Canonici Cathedralis Eccleſiæ Canonicis Eccleſiæ alterius præferuntur, ſecundùm Innocent. *in c fraternitatem in fin. de ſepultura:* vide Chaſſan. *part.* 4. *conſid.* 47. & Nattam *d.conſil.* 637. *n.* 45.46.47.

¶ Sed delirium patiuntur Hiſpani miſeratione dignum, qui ex eo quoque præcedentiam Regi Hiſpaniæ debitam tradunt, quòd Hiſpania ſit principium & caput Europæ, &, ſi Deo placet Virginis, vt Geographi deſcribunt, quòd etiam Valdeſius non parum urget, *cap.*4. Poſt hæc quid expectandum, niſi ut quadraturam circuli nobis effingant, qui tam prope caput & pedes in orbe reperiunt? Sed hanc ſtoliditatem refutarunt duo ſcripta Gallica: unum de A. D. 1587. ſub titulo, *Lettres d'un François*, *p.*15. & Vignieri alterum de A. D. 1608. *p.*39.40.41.

d De hoc etiam aliquid *th.prox.ſup.* Scilicet hinc Nobiles Venetos nobiliores Raguſinis ſcribit Andreas Siculus, *tract. de præſt. Cardin. col.*4. Ita Canonicus Eccleſiæ Cathedralis præcedit Canonicum inferioris Eccleſiæ ſecundùm Innoc. *in cap fraternitatis in fin.de ſepul.* Et civis nobilioris civitatis præcedit alium civem inferioris civitatis *l.1.Cod.de Alex.pleb prin.* quem textum notat ad hoc Bartolus ibi & Ioann. de Plat.

XXXI.

XXXI.

SVBDITORVM Populorum dignitas, Virtus, & Fortitudo[a], vel etiam Numerus[b], potentia, divitiæ[c] inter Principes & pares, iuſtus præcedentiæ titulus non eſt: At Vaſallos[d] habere, & dignitas[e] Vaſallorum iuſtus titulus eſt: itemq; melioribus, id eſt majoribus[f] præeſſe.

a vide Knichen *de Rom. Imp. Autocrat. num* 316. *ad* 322. Eleganter id comprobat idem Speronius Speroni *diſcurſu Italico de præcedentia Principum*, etſi contra ſentiant aliquammulti: vide Signorolum, *conſil.* 23. Bald. *conſil.* 35. Romanum *conſil.* 460. Cardin. Tuſcum.

b De hoc iam dictum fuit *ſup. in Fortunæ bonis*, vbi & de lata gente. Quare neque admittenda quæ de numero maiore vnius religionis ad aliam notat Chaſſanæus, *part.* 4. *conſid.* 52. *ibi, Octauo*: Item quæ de lata gente *part.* 5. *conſid.* 15.

c Natta *vol.* 3. *conſil.* 638. *num.* 48. Et ſanè ſi potentia & divitiæ in ipſis Principibus non debent attendi, vt oſtenſum *ſup. th.* 19. multo minùs attendetur, quòd hæc habent in ſubditis.

d Hac quoque ratione inter alias Præceptorem S. Spiritus Generali Prædicatorum præferendum contendit Gratianus *diſcept. forenſ. cap* 845. *num.* 31. quòd vaſallos haberet, cum mero & mixto imperio, quod dignitatem & præeminentiam tribuat. Bartol. in *Auth. habita, Cod. ne filius pro patre*: Bald. in *l.* 1. *in princ. ff. de Senatorib.* Rimin. ſen. *conſil.* 95. *num.* 2. *lib.* 1. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 7. Menoch. *conſil.* 126. *nu* 8. 9. & 15. *lib.* 2.

e Sanè & hac ratione inter alias Rex Franciæ cæteris prælatus in orbe Chriſtiano, eo quòd alios ſibi ſubditos ſeu vaſallos Reges haberet: vnde & *Rex Regum* vo-

catus, vide Chaſſanæum, *part.5. conſid.19.* & Cardinalem *de Clement. in princ. de immunit. Eccleſ. in 6.*

f *§. nos igitur, in Auth. de defenſor. ciuit.* Confer textus in *l. quilibet, C. de decurion.* Vide Menoch. *conſil.257. num.75. 76.77.78.*

XXXII.

Materia intrinſeca, ſeu in qua, varias quæſtiones in tractatu de præcedentia inter Magiſtratus, ſeu Iuriſdictionem habentes, ſecum trahit. Duobus tamen principiis res abſolvitur, 1. Magiſtratus [a] ordinariam juriſdictionem loci habentes (puta & merum & mixtum Imperium) aliis omnibus in eo loco, quodcunque tandem publicum munus ſuſtinentibus, præferri. 2. Inter [b] Pares, majorem juriſdictionem obtinentem, alteri præferendum: ſeu majorem reſpectu poteſtatis ſeu juriſdictionis ordinariæ, & cum poteſtate conjunctæ, majorem etiam eſſe reſpectu dignitatis, ſeu præcedentiæ. Hinc & Maieſtatis Regiæ ſtricturam [c], ſeu partem maiorem habentes in iure dicundo, aliis magiſtratibus proculdubio præferuntur. Hinc merum [d] Imperium habentes, civilem iuriſdictionem habentibus cæteris paribus præferuntur. Hinc adminiſtratio [e], ſeu titulus [f] adminiſtrationis & dignita-

gnitatem[g] habere, præcedentiæ titulus eſt: ſicut & auctoritatem[h] habere inter collegas, caputve[i] ſui ordinis eſſe. Non idem de contentioſa iuriſdictione dicendum: Voluntariam enim habens illi quandoque præfertur. ¶ In profeſſionibus eadem ratio[k], quæ vtique prout ſubjectæ materiæ dignitas eſt, ita & aliæ aliis digniores cenſentur.

a Hinc Conſiliarij, quicunque tandem, in Parlamentis, Advocatis & Procuratoribus Regiis præferuntur: vide Charutium *cap.* 183. eundem vide *cap.* 177. *& ibi addit.* Exemplum & in Abbatibus, qui juriſdictionem ordinariam habent, præferendis Decano & Canonicis Capituli: vide Chaſſanæum, *part.* 4. *conſid.* 32. *ibi quinto.* Item exempla alia apud eundem vide *conſid.* 38. ¶ Aliud tamen ſtatuendum, niſi Princeps, honorum Arbiter, ex ſingulari aliqua cauſa aliter aliquando conſtituerit, vel conſuetudo non improbabilis invexerit. Hinc nata controverſia ſub Henrico III. Tholoſæ inter Præſidiales, id eſt ordinariam loci juriſdictionem habentes, & Profeſſores ibidem: Pro Præſidialibus extat Panegyricus à Petro Belloio conſcriptus: Pro Profeſſoribus alius libellus Gallicus de A. D. 1583. Vide & de hac ipſa re Chenu. *tit.* 32. *cap.* 177. De Pariſienſis Vniverſitatis præcedentia ſupra Præſidiales vide quoque Onciacum *de la precedence de la Nobl. pag.* 146. ¶ Idem de ordinaria juriſdictione dicendum. Aliud ſi res ſit inter delegatum alterius Magiſtratus & Profeſſores. Quare nihil mirum, ſi Cadurcenſes Profeſſores Officiarios Seneſchalli præcedunt.

b Vide *cap.* 1. *Novella de defenſor. ciuit.* Baldum *conſil.* 387.

in princ. vide Menochium *conſil.257.num.57.58.59.& 60.* Vbi tamen hanc limitationem addit : quòd ſcilicet majoritas iuriſdictionis ſolùm arguat præeminentiam in ipſo actu iuriſdictionis, non autem in omnibus, de quo *infr. in locali præcedentia.*

c *cap.ſtatuimus, §.vlt. & cap.ſeq. 17.diſtinct.* veluti, ſi citra appellationem jus dicant. Huius principij ratione ſummi Senatus (quæ *Parlamenta* vocant) ſupremo & Regio jure judicantes, aliis omnibus Corporibus & Collegiis præferuntur: qua cauſa Principes ipſi Senatum huiuſcemodi corporis ſui partem indigitarunt, & in eo ordine ſeipſos quoque numerarunt *l.Ius Senatorum, C.de dignitatibus.* Hinc Cameræ Computorum in Gallia poſt ſupremos Senatus Principem locum obtinent, eo quòd ſupremi juris & Majeſtatis partes Reges Computariis dedêre : vide Onciacum, *de la preced. de la Nobl.pag.134.* Chenu, *cap.176.* Hinc Cancellarius omnibus dignitatibus præfertur, etiam Conneſtabili : vide Chaſſan. *part. 7. conſid.7.8.*

d Vide Chaſſan. *part.7. conſid.26*

e *Can.tranſmiſſ.de electionibus.* Ripa *conſil.23.num.13.* Iaſon. *conſil.192.nu.2.verſ.ſecundo moueor, lib.2.* Riminaldus ſen. *conſil.95.lib 1.* Ruinus *conſil 19.lib.1.* Hinc Capellani regularibus præferuntur ; & generaliter, maior adminiſtratio inter pares inducit præcedentiam. Vide Collegium Bonon. *conſil.1.poſt conſilia Zabarellæ, nu.13.& nu.26.* Ideo quoque Cardinalis Epiſcopo maior eſt, vid. Card. Tuſcum. Hinc Præſidem redituum Mediolani præferendum Senatui Regio licet antiquiori arguit Menoc. *conſil.902. num.18.19. v.& nu.65.§.11.* quia Præſes adminiſtrationem habet ſeu dignitatem cum adminiſtratione, Senator nullam: vbi multos alios in hanc ſententiam allegat. Hinc Dom. Geminianus & Archidiaconus in *cap.quanquam 2.3.q.7.* & *cap.Epiſcopus, 17.diſtin.* cum aliis adductis per Felinum in *rubr.de maior.& obed.circa pr.* dixerunt, quòd licet Archidiaconus minor ſit ordine ar-

chipreſbytero, ſit tamen major auctoritate & adminiſtratione, & propterea præferri debeat ipſi Archipreſbytero. Hinc Decius *conſil.*161.*num.*2.*verſ.*7. reſpondit, Præpoſitum præferri priori ob maiorem adminiſtrationem. Idem & Menoch.*conſil.*51.*nu.*7.8.9. 126.*nu.*15. Similia vide apud Porcium *conſil.*167.*nu.*24.25. & Menoc. *d.conſil.*126. Hinc Prior Eccleſiæ, omnes alios Priores ſimplices præcedit, quamvis prius receptos, quia Prior Eccleſiæ habet dignitatem cum adminiſtratione, ſeu vltra dignitatem habet juriſdictionem in ſpiritualibus: Iacobus Puteus *deciſ.lib.*3.*deciſ.*104.*nu.*2.3. ¶ Hinc inter æquales Equites fortè habentem juriſdictionem cum mero & mixto imperio, non habenti præferri Menochius ſcribit *conſil.* 126.*nu.*15.17.

f Titulum habens dignior eſt eo, qui non habet, *text.cap. cum M.de conſtit.* & *c.dilectus, de prabend.* & tradunt Geminianus, *in cap.Epiſcopus*, 17.*diſtinct.* & Ripa *lib.*11.*reſp. cap.*23.*n.*15. Menoch.*conſil.*502.*n.*23.

g Vide quæ Menoch. *conſil.*257. *num.*3.4.5.6.7.8. vbi hoc argumento vtitur pro præcedentia Decani ſupra Vicarium Epiſcopi.

h Vt Decanus, vide Chaſſan.*part.*4.*conſid.*43.

i V. quæ Menoch.*conſil.*902.*nu.*21. ad hoc, vt probet Præſidem redituum præferendum eſſe Regio Senatui tempore priori cæteris ſcilicet paribus, is dicitur dignior & preferendus alteri, qui caput & Prelatus eſt multorum: ſicuti de Prælato capituli dicitur, *c.indemnitatib.de elect. in* 6. & tradunt Bald.*in cap.paſtoralis, in fin.verſ.extra quæro, de off.deleg.* & ibidem Barba. *nu.*46. & Decius *in c.*2. *nu.*4.*verſ.& idem de Canonicis, de Iudiciis.*

k Vide Chenu.*cap.*183. exemplum Conſulis in Imperio Romano. Ad hoc principium pertinet integra pars decima de præeminentia ſcientiarum, pars vndecima de Plebeiis & Artificibus Chaſſanæi in *Catal.gloriæ mundi.* Huc pertinent controverſiæ plures circa Theologos,

Digitized by Google

Iuriſconſultos, Canoniſtas, Medicos, quas hic non attingimus. ¶ Huc etiam pertinet illa regula, finem & amplitudinem ad majus bonum ſeu vtilitatem majorem, denique communius & vniverſalius exercitium aliquando præcedentiam inducere: de quo vide Collegium Bononienſe 1. *num.*12.14.15.16. Signorolum *conſil.*23. Chaſſanæum *part.*4.*conſid.*32. Huc referri poteſt & quod nonnulli volunt, Sacerdotes Regibus præcellere, eò quòd Sacerdotium Regno, objecto & fine præemineat: & ſic quantum carni ſpiritus: quantum terræ cœlum, quantum corpori anima. Quos refutat egregiè Mortonus *in cauſa Regia, cap.*6. *animadu.*1. *ſect.*9. *pag.*245.246. & *ſect.*10. *ſer.*11.

CAPVT QVINTVM.

De *Circumſtantiis* & *Qualitatibus Dignitatum.*

XXXIII.

IVDEX controverſiæ inprimis attentè ſpectetur, ſi quando inter Principes & Reſpublicas de præcedentia contendatur, ad titulos videlicet præcedentiæ cautè adſignandos: Alibi enim aliis rationibus & titulis vincendum ſæpe Principi aut Reipubl. eſt.

Hac in re ſcilicet non tam ſæpe laboratur, ſuper eo quod dicendum eſt, quàm coram quo, vt Nilus olim *lib. de Pontifice Rom* ſcribebat: de quo vide & *libell. pro Profeſſ. Tholoſ. pag.*23. & prout quiſque ab antiquo colitur, ita ſpe-

ſpecioſis titulis eius iudicium prouocatur. Huc pertinet elogium illud inter cætera Coloniæ Tyriorum *lib. 1. ff. de cenſibus : nobilis regionibus, ſerie ſeculorum antiquiſſima, armipotens, fœderis, quod cum Romanis percuſſit, tenaciſſima.* ¶ Huc pertinet illud apud Tacitum, *Annal. lib.* 13. Germanorum Legatorum, qui cùm audiuiſſent earum gentium Legatis, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, id honoris datum, vt in ſedibus Senatorum in Theatro ſederent, ilicò exclamaverunt, *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe, digreſſiq; inter Patres conſedère :* vide & Suetonium *in Claud. cap.* 25. ¶ Huc pertinet illud Campanorum apud Livium, *lib.* 7. *cap.* 76. de Samnitibus, id ſcilicet, quod priores amici & ſocij pop. Rom. facti fuiſſent, ad id valere, vt vetuſtate & GRADV HONORIS ſe præſtarent. ¶ Ita Regum & Principum ante aliquot ſecula præcedentia fermè omnis comparata erat ad obedientiam (vt loquebantur) Romanam : de quo videndus libellus *de controverſia Regum Franciæ & Britanniæ in Concilio Conſtantienſi*, qui ante annos 100. & quod excurrit, excuſus A. D. 1517. Lovanij. Nempe, cùm vrbs Roma orbis Regina tum ſederet, & vbi hodienum ſedet, iam & præcedentiæ fermè arbitra eſt ; etſi reclamantibus Pontificiorum quoque nonnullis. Quare nil mirum hoc principio iam poſito, ſi & inter titulos præcedentiæ nonnulli Principum vel maximè computant merita de ſede Romana : Quo in cenſu ſunt Reges Franciæ, quibus ſanè vnis Pontifices Romani ſedem ſuam & dominium quod vocant D. Petri, & aſylum ab antiquo debent; de quo videndus inter alios Bodinus, *lib. 1. de Republ. cap. 9. in fin.* Vignerus *aduerſ. Cranatum, pag* 18.19.20.21.22. & à *pag.* 34. *ad* 39. à *pag.* 44. *ad* 49. & 58.*b*, 59.63. & auctor *des lettres d'vn François*, *pag.* 4.12.13. Inde tot Romanorum Pontificum elogia de Regibus Franciæ : inde & Primogeniti Eccleſiæ audiunt. Hinc quoque nil mi-

rum, ſi hac inter alias ratione Romæ Cardinales Patriarchas præcedant; de quo vide Rodolphinum de Sabloneta, *de dignitate Ducum Italiæ, à nu.262. ad 266.*

XXXIV.

4. *Reſpectiua* quoque præcedentia, à purâ & ſimplici diligenter diſtinguenda venit. Sæpe enim vno reſpectu præcedentia alicui defertur vel delata fuit, quæ alio reſpectu minimè debetur. ¶ Primum enim *Localis* quædam præcedentia eſt, quæ ſcil. Actus publici & loci alicuius contemplatu ſeu reſpectu nonnullis debetur. Nempe quia ibi ſola Officij alicuius in eo loco vel actu ratio habetur, nulla alia: & ſic hoc reſpectu in minore aliàs dignitate conſtitutus & poſterior maiorem præcedit: contra in maiore alioquin dignitate conſtitutus, ratione collegij, loci & actus minori poſtponitur.

Non eſt inconveniens, quòd vna & eadem perſona ob varios reſpectus diverſo iure cenſeatur, cùm hoc ſit concedendum ratione duplicis iuris quòd vnus & idem habet, ita vt vno caſu poſſit eſſe maior & dignior: & in alio minor & minùs dignus. Ducitur argumentum ex *capite à Collatione*, 11. *de appellatione, in* 6. Gloſſ. in *cap. quæritur*, 2 *quæſt.* 7. Abbas *in cap. ſanè & ibidem.* Decius in *cap. ſanè, in* 3. *not. de offic. deleg.* Purpur. in *l.* 1. *num.* 187. *de offic. eius.* Tiraquell. *de nobilit. cap.* 10. *num.* 11. Gratianus *deciſ.* 298. *num.* 2. tradit & Boërius, *de ord. grad.*

*grad.vtriuſque fori,2. num.*45. Iacob. de Voragine, *de Concil.lib.*1. *art.*1. *num.*114. vide Chaſſanæum,*part.*4.*conſid* 22. & *part.*11. *conſid.*11. *in fin.* Menochium, *conſil.*257. *num.*60. *ad* 69. *conſil.*902. *num.* 71. &c. Picardus inter conſilia Menochij, *conſil.*52. *num* 97. Marinum Frecciam,*tract.de ſubfeud.lib.*1. *cap.alia etiam fuit quæſtio,num.* 14. Franciſcum Marinum, *quaſt.*1298.*part.*1. Tiraquell. *de nobilit.cap.*10.*num.*11. & *cap.*28.*nu.*15. Marzarium,*conſ.* 26. *num.*54. Gratianum, 1.*diſceptat.*111. *num.*13. & *diſcept.* 298. & Rubeum, *ibid.num.*46.&c. Vide exempla apud Chanutium, *cap.*167.172. *num.*2. 173. *in fin.* & *addit. ad Chanut. cap.*177. *pag.*498. Loiſeau, *des Seigneuries, cap.*11. 12. *num.*40. Onciacum, *de la preced.pag.*133. Modeſtinum Piſtoris,*conſil.*51.*num.*41.*volum.*1. Beſoldum, *pag.*139.140. 141.142. *&* 153. Sumitur & argumentum ex *l.apud eum. & ibi gloſſ. ff. de manumiſſ.vind.* & Chamierum, *in Panſtratia lib.*11. *cap.*15. vide & *ſupr.th.*26. vbi de extra collegiali dignitate. ¶ Exempla huius principij varia. In Principibus ſanguinis Regij in Galliâ: qui cùm regulariter omnibus aliis Principibus præferantur, de quo *ſupr.cap.*1. *th.*4. attamen ſi actus talis ſit, vbi officij tantùm ratio habeatur, & exerceatur, pro officij ratione locum obtinent: Rupanus, *des Parlements,lib.*7. *du rang des Princes du ſang*, 5. *pag.*508. ¶ Item exempla huius principij in Regibus: veluti in Reg. Nauarræ, qui ceu Par Franciæ in Parlamentis, aliis Paribus antiquioribus poſtpoſitus legitur: cuius rei duo exempla affert Rupanus *de Parlamentis, lib.*7. *cap.du rang du Dauphin de France*, 5. Exemplum rurſum in Paribus Franciæ: veluti in Duce Vzetenſi Pari Franciæ,qui in Parlamento & inauguratione Regis, quà Par Ducem Bullionium præcedit: cui aliàs & in aliis actibus cedit, vtpote in Ducem poſterius cooptatus: de quo extant Declarationes Caroli IX. 1572. Henrici IV. 1607. Ludouici XIII. 1612. de quo vide diſcurſum Gallicum, *du Duché*

de Bouillon, & du rang des Ducs de Bouillon en France. Item in Rege Daniæ, qui in Imperio vt Dux Holſatiæ aliis poſtponitur : vide Nolden, *in tract. de ſtatu Nobilium, cap.*10. *in princ.* Quanquam ex curialitate & conuenientia aliquando Regiæ dignitatis faſtigio præcedentia defertur. Ita Sigiſmundus Rex Hungariæ,licet ſaltem vt Marchio Brandeburgenſis vocatus adeſſet, primus rogatus fuit ſententiam de Cæſare nominando dicere,vt refert Dubravius *lib.*23.*Hiſtor.Bohemicæ.* Item ex curialitate, Regij ſanguinis externi Principibus aliquando id delatum, vt in loco, vbi officij ratio ſola alioquin habetur, præcedentia adſignatur : vt factum aliquando à Franciſco I. circa Ducem Albaniæ, qui Princeps erat Regij ſanguinis Scotici : vt refert Rupanus, *des Parlements,lib.*7. *cap.*8. *pag.*510. Ita etiam ex curialitate, & ratione majoris dignitatis extracollegialis præcedentia ſæpe defertur : veluti Epiſcopo Canonico exiſtenti in Capitulo primus locus poſt Decanum ſeu præſidem collegij adſignatur. Abbas in *cap.poſtulaſti* 15. *num.*8.*&* 9. *de conceſſ.prabend.* De quo vide Gratianum *diſcept:at.forenſ. cap.*106.*num.*9. veluti Epiſcopo exiſtenti in Gymnaſio tanquam Scholari datur ſecundus locus apud Rectorem ipſius Gymnaſij, vt tradit Abbas in *cap.poſtulaſti, num.*8. *de conceſſ.prabend.* quem ſecuti ſunt Felinus,*in rubr.de maior.& obed.col.*2. Boërius,*de auctorit. magni Conſilij , num.*65. Et ita obſervari notat Menochius,*conſil.*902. *num.*75. Mediolani,in collegio Doctorum, vbi ſi Senator in eo ſedeat tanquàm Doctor collegiatus, datur ei locus immediatè poſt Abbates collegij, & ſedet ſuper cathedram, cùm tamen reliqui Doctores ſedeant in ſubſelliis. ¶ Exemplum & in Rege Bohemiæ,qui in actibus Imperij,omnes Reges alios præcedit : vt expreſsè continetur Aureâ Bullâ Caroli IV. *tit.*6. *& tit.*22. *in fin.* de qua Regis Bohemiæ præcedentia in ſolemnibus Imperij conventibus & pom-

pis

pis plures Scriptores conſentientes allegat Goldaſtus *lib.3. Comment. Bohemi. cap.13. num.13.* vide & Beſoldum *p.13. h.* & Buxtorfium & Arumæum *in bullam aur. pag. 193. & ext.* ¶ In Epiſcopo Colonienſi, qui in ſuo Epiſcopatu Moguntinum præcedit: vide Auream Bullam Caroli IV. & ibi Arumæum, & ex his Beſoldum *pag.139.* In Cardinalibus Camerariis, qui in loco Cameræ præferuntur aliis Cardinalibus licet antiquioribus, cùm tamen extra locum Cameræ eis poſtponantur Chaſſanæus *part.4. conſid.14.* Rubeus *apud Gratian. diſceptat. forenſ. cap.298. num.29.30.* &c. In Epiſcopis Paribus Franciæ, qui tam in Concilio Regio, quàm Parlamentis Archiepiſcopos qui Pares non ſunt, præcedunt: de quo vide Rupanum *de Parlamentis lib.7. cap.15. des Prelats, Pairs de France:* & Tilletum, *cap. des Pairs, fol.255. & cap. des Barons & Pairs, fol.344.* In Conſiliariis laicis qui in Parlamento ad dextram ſedent, Eccleſiaſtici ad læuam: de quo vide Rupanum *de Parlament. lib.7. cap.15. num.4.* In Archiepiſcopo vel Epiſcopo habente Canonicatum, qui in Capitulo eſt minor, tanquam Canonicus, extra Capitulum verò eſt maior quâ Archiepiſcopus vel Epiſcopus *cap. poſtulaſti, cap. penult. de conceſſ. præb.* & ibidem annotauit Abbas *in 4. notab.* vide plura apud Menochium *conſil.51. num.43.* Ita dicitur Archidiaconus maior Archipreſbytero reſpectu adminiſtrationis juriſdictionis: qui tamen eo minor eſt in altaris miniſterio, *cap.1. & cap. officium, de offic. Archidiaconi.* Sic etiam Abbas eſt Canonico maior & dignior quando tanquam ſinguli conſiderantur, eſt tamen minor quando ipſi Canonici ſunt collegialiter congregati, *cap. quamuis 1. §. quanquam, de præbend. in ſexto:* & ibi Geminian. *num. 3.* & idem in *cap. vltim. num.3. de offic. deleg. in 6.* Bald. in *cap. paſtoralis, in fin.* & ibidem Felinus *num.1.* & Barbat. *num.46. de offic. deleg.* Ioannes de Selua *de beneficio, part. 1. quæſt.2. num.82. & 87.* Menochius, *conſil.902. num.71.*

Exemplum in Epiſcopo exiſtente in Capitulo tanquam canonico, qui ſedere debet in ſuo loco vti Canonicus, vt tradit Gloſſ. *in cap. à collat. de appell. in ſexto.* & alij multi quos congeſſit Menochius *de arbitrar. lib. 2. cap. 68. num. 23* & *conſil 51. num. 43* Et plura ad hanc rem ſcribunt Marinus Freccia *de ſubfeudis, lib. 1. cap. alia etiam fuit quæſtio.* Vincentius Francus *deciſ. 138. lib. 1.* Gratianus *diſceptat. forenſ. 16.* Marrinus Nauarrus *conſil. 4. num. 4. tit. de maiorit. & obedient. lib. 1.* & Purpuratus accedit *lib. 1. num. 197. de offic. eius cui mandata:* vbi dicit, Epiſcopum Conſiliarium Principis in conſilio ſedere tanquam Conſiliarium, & ob id non præcedere magnum Cancellarium: & *num. 194.* & in *l. etſi Prætor, num. 5. & de offic. eius cui.* Conſiliarios Principis ſedentes in collegio Doctorum, tanquam Doctores ſuis in locis ſedere. In Rectore Parochiæ, de quo vide Chaſſanæum *part. 4. conſiderat. vltim.* In Archidiacono vel Rectore & Epiſcopo Scholari: vide Chaſſanæum, *part. 4. conſider. 44.* In Canonico qui in loco ſui Canonicatus Abbati præfertur, & tamen extra locum illum Abbas Canonico anteponitur. Decius *conſi 161. num. 1.* Ripa *lib. 1. reſp cap. 23. num. 3.* Ioann. Selua *de benefic part. 1. quæſt. 2. num. 85.* In Archiepiſcopo Canonico qui minor eſt in Capitulo, neque poteſt præcedere Præſidentem Capitulo. Gloſſ. *in cap. collatione 11. in verbo prælatus, de appellat. in ſexto.* Menoch. *de arbitr. ar. caſ. 68. num. 23.* Gratian. 1. *diſcept. forenſ. deciſ. 106. & 111. num. 14.* In Archidiacono, qui etſi maior ſit Archipreſbytero reſpectu adminiſtrationis, iuriſdictionis, eſt tamen minor in altari, *cap. 1. & cap. officium, de offic. archidiacon.* Gratianus *dict. cap 111. nu. 15. & 33* & Rubeus apud Gratianum *diſcept. cap. 298. num. 35.* In Canonico Vicario Epiſc. qui in Capitulo non præcedit alios Canonicos: quia in Capitulo non conſideratur vt Vicarius, ſed vt Canonicus: de quo

de quo Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 106. Menoch. *conſil.* 257. *num.* 61. 62. De Vicario Epiſcopi num in choro dignior ſit præpoſito vel aliam dignitatem poſt Epiſcopum obtinente variæ ſunt ſententiæ Menochij *conſil.* 51. Ioſephi Ludouici *concluſ.* 38. Nauarri *conſil.* 1. *&* 2. id negantium contra affirmantium plurium aliorum quos allegat, & in his Ioan. Iacob. Merill. peculiari tractatu de præcedentiâ Vicarij, & ſequitur Ludovicus Bellus *conſil* 27. In collegialiter procedentibus, qui aliis præferuntur, quibus alioquin cedunt de per ſe, vide Chaſſanæum *part.* 4. *conſid.* 32. 38. In judice minore, qui in loco adminiſtrationis maiorem præcedit, vide Chaſſanæum *part.* 7. *conſider.* 37. Exemplum vetus in Accio Poëta, qui Iulio Cæſari in collegium Poëtarum venienti non aſſurrexit, vide Valerium, *lib.* 3. *cap.* 7. *de fiducia ſui:* vbi & ratio in eam rem additur, quòd comparatione communium ſtudiorum aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret, quia ibi voluminum non imaginum certamina exercebantur. ¶ Exemplum notant Canoniſtæ, & ex iis Vincentius *Specul. Hiſtor. cap.* 9. in Iacobo quem Epiſcopum Hieroſolymitanum faciunt: qui ſanè in Synodo ibidem habita definitiuam ſententiam protulit, Petro quàmlibet præſente. ¶ Exemplum in Vaſallis, qui etſi in loco feudi Dominis cedere cogantur, non alibi tamen ſi aut maioris dignitatis ſint, aut officij. Vide Mareſchallum, *des droits honorifiques*, *pag.* 50. 51. 52. *&* 157. vide & Gloſſ. *verbo Iuſtitiam*, *quæ fuit prima cauſa beneſ. amitt. lib.* 2. *feudorum.* ¶ Exemplum item in Rectoribus Parochiarum in Parochiâ ſuâ, de quo vide Chaſſanæum in *in Catalogo gloriæ mundi*, *part.* 4. *conſider. vlt.* Gratianum, *diſceptation. forenſ. cap.* 298. *per totum.* Salgado, *de protectione Regia*, *parte* 2. *cap.* 9. *numer.* 54. *vſque ad num.* 70. ¶ Ex hoc principio etiam infert

Digitized by Google

Iacobus Puteus *lib.3. deciſ.*104. quòd Prior Eccleſiæ in Concilio Epiſcopum præcedere debeat, quia dignitas Epiſcopalis non confert ad illum actum, &c. ideò non inducit prærogativam loci. Contra ergo, minor aliàs dignitas habens adminiſtrationem, inter illas perſonas cum quibus convenit, debet præcedere maiorem dignitatem, non habentem adminiſtrationem aliquam, quoad illas perſonas cum quibus congregatur. ¶ Exemplum quoque in contentione illa inter Electores Imperij & Burgundiæ Ducem; de qua vide Beſoldum *pag.*139. *&* 140. quem Burgundiæ Ducem ideò Electoribus poſtponendum fuiſſe contendimus. Cuius tamen Legati in Concilio Baſilienſi decreto Patrum Electoribus prælati fuerunt: Chaſſan, *Catalog. gloriæ mundi, part.5. conſid.*45. Quinimò in Comitiis Ratiſbonenſibus A.D. 1471. Caroli Burgundi Legati alternis ſubſelliis ad frontem Cæſaris inter Oratores Regios ſeu in ordine abſentium Regum locati fuerunt: de quo vide Campanum apud Freherum, *tom.2. fol.*150.&c. Arumæum, *in cap.6. aureæ bullæ, pag.*193. Goldaſtum, *tom.* 1. *conſtit. in Rationali, fol.*99. & eundem *tom.*3. *fol.*438. & de hoc rurſum *infr. part.*3. *th.*4. ¶ Tandem ſubſcribimus *c.6.* aureæ Bullæ (vbi v. *th.*1. Arumæi & 84. Buxtorfij) nempè in omnibus actibus ad ipſam Curiam pertinentibus nullum Principem Electoribus anteferendum, ac nominatim nullum Regem, Regi Bohemiæ, vt nominatim expreſſum aureâ bulla Caroli IV. *c.6.* multo minùs Cardinales: quicquid contra ſcribat Barbat. *de Cardin. præſt. part.*1. *quæſt.*1. *num.*42. *& per tot.* qui ſanè in Caroli V. Coronatione ceſsêre, teſte Hartman. Maur. *de Coron. Caroli V.* Imò memorat idem Hartman. Maur. *dicto loco*, & Sleidanus *lib.*2. & Anglicum Legatum & Pontificium Caroli V. Coronationi intereſſe noluiſſe, ne Electoribus poſtponerentur (quod Arumæus notat *pag.* 192. 193. *ad cap* 6. Aureæ Bullæ) &

Bux-

Buxtorfius & Rumelinus textu aureæ bullæ nonniſi Regi Bohemiæ hoc privilegium tribuitur, vt alij Reges ei in actibus Curiæ cedant. Vide & exempla alia apud Chaſſanæum, *part.4. conſid.*44. ¶ Huc ſpectat Ius Patronatus in Eccleſiis: Patronus quippe, quia loco ipſi eſſe dedit, in eo præcedentiam ſibi ſupra omnes vindicat: vide Chaſſan. *part.*4. *conſid.*8. Onciacum, *de la preced.pag.*173.174.175. Loiſeau *des Seigneuries, cap.*11.*nu.*14. *&* *c.*21. *&* *c.*79.80. & peculiarem Mareſchalli tractatum Gallicum, *des droits honorifiques des Seigneurs es Egliſes.* ¶ Hinc juriſdictionem ordinariam loci habens aliis præfertur in eodem loco, de quo *ſupr.th.*32. ¶ Denique & Domi ſuæ & in Actibus ad ſuam Curam & Curiam ſpectantibus quilibet vel magiſtrunculus maior eſt & Rex, vbi de tuendo loco agitur. Vide Rubeum *inter deciſ Gratian. cap.*298.*num.*90. Ruinus *conſil.*155. *num.*7. *lib.*4. Menoch.*conſil.*257.*num.*72. (nam alioquin ſi priuata ſpectes officia, quilibet Domi ſuæ minor eſt: de quo iam ſuprà) videri poſſit & hac quoq; de cauſa Euſtachius Ep. Antiochenus in Concilio Nicæno ante Legatos Epiſcopi Romani ſediſſe: quia Bithynia (in qua Nicæa) ad Orientis ſeu Antiochenum Patriarchatum pertinebat. ¶ Sanè Agatho Epiſcopus Romanus Synodo Conſtantinopolitanæ intereſſe noluit, quantumvis intra muros vrbis Conſtantinopolit. verſaretur, ne ſecundus ab eius vrbis Epiſ. Synodi pręſide ſederet: vide quæ *th.*2. *l. c. parte* 3. Sed & ſub Iuſtino poſteà A. D. 524. Epiphanius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Ioanni Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo Byzantium appellanti loco cedere noluit: ſed tandem (vt Marcellus *chronico* refert, & Theophanes explicat) dexter dextrum Eccleſiæ inſedit ſolium Ioannes. ¶ Exemplum huius rei olim & in Epiſcopo Pariſienſi, qui in Parlamento Pariſienſi, tum quia Conſiliarius natus prædicti Parlamenti eſt, tum quia intra ſuam

Diœceſim eſt conſtitutus præfertur cæteris Epiſcopis, licet priùs conſecratis: vide Rupanum *lib.7. des Parlements, cap.16. num.1. & 26. num.1.* Sed an idem Præſidibus ſeu Locumtenentibus Prouinciarum Regiis præfertur aut Admiralio? Vide Tilletum, *cap. des Gouverneurs, fol.*354. Paponium, *lib.4. tit.6. arrest.13.* & Rupanum, *cap.20. num.2.*

XXXV.

SEXVS quoque quadamtenus hac in re ſpectandus venit: Iure Romano [a] ſanè, inferioris, ſed contiguæ tamen dignitatis maſculus ſuperioris dignitatis fœminæ præferebatur; & ſic quod dignitati deerat, ipſo ſexu penſabatur. Sed & Imperatrix, Regi Bohemiæ ex Aureæ Bullæ ſanctione Caroli IV. in celebratione Curiarum Imperialium cedit.

a Textus apud Vlpianum lib.2. ad Edictum in *l.1. ff. de offi. Conſulis*, vbi ſcribit: *Conſulari fœmina vtique* (id eſt indubiè) *Conſularem virum præferendum nemo ambigit. Sed vir Præfectorius, an Conſulari fœmina præferatur, videndum? Putem præferri: quia maior dignitas eſt in ſexu virili.* Vbi errat Antonius Faber, qui pro *Præfectorius* legendum putabat *Prætorius*; de *Præfectoriis* quippe, id eſt *Præfectis Prætorio* res ibi eſt Vlpiano, qui eius (& ſic Antonini Caracallæ) ætate Senatores ſeu Clariſſimi non erant; ſed Equeſtri tantùm dignitate: Poſtea enim demum Senatoriam his Alexander Severus dignitatem contulit, vt viri Clariſſimi & eſſent & dicerentur, quod antea vel raro fuerat, vel omninò non fuerat, vt diſertè ſcribit Lampridius, *in eius vita.* Ex Vlpiani

Vlpiani igitur mente ſumma illa equeſtris dignitas in viro maior eſt, quam Senatoria (alioquin major) in fœmina: Quanquam lex illa non tam ad honoris præcedentiam pertinet (de quo nunc agimus) quàm ad fidem & induſtriam in bonis debitorum curandis. Vlpianus quippe lib. 62. ad Edictum (vnde ea lex deſumpta eſt) interpretatus eſt Edictum *de Rebus auctoritate Iudicis poſſidendis*, vt docet *l. 9. 15. de reb. auctorit. Iudicis poſſidendis.* Vbi de dignitate & fide creditorum comparatio fiebat, vt docet etiam quodammodo *lex maiorem* 8. *ff. de pactis.* Quæ ipſa quæſtio vertitur, vbi agitur de cuſtodia Archiui & inſtrumentorum, *l. vlt. ff. de inſtrum.* ibi enim mas fœminæ præferendus: haud aliter atque apud Seniorem inſtrumenta deponuntur; de quo prolixè Goldaſtus *in Seniore lib. 1. cap. 26. per totum.* ¶ Verum tamen eſt, & in præcedentia aliquam ſexus haberi rationem, veluti in Eccleſia: vide Loiſeau *des Seigneuries, cap.* 11. *num.* 53. 54. Mareſchallum *tractatu des droits honorifiques des Seigneurs ès Egliſes, pag.* 80. 81. 82. 83. vide & quæ Benedictus, de exemplari ſubſtitutione, *numer.* 41. & quæ Chaſſan. *part.* 2. ¶ De cognatorum Regis Franciæ, per fœminas ſeſſione vide Tilletum *cap. des Prelats, fol.* 341. & Rupanum *des Parlements, lib.* 7. *cap.* 9.

XXXVI.

COHÆRENTIÆ & vnionis ſeu proximitatis capiti quoque ratione quadam præcedentia inter privatos[a] cæteris paribus nonnullis debetur. Hinc Comitatenſes[b], id eſt in Principis comitatu ſeu Aula inſervientes, datis paribus, aliis præferuntur: exceptis actibus[c] qui ad ſummam Reipublicæ ſpectant, non

S

vitam Principis privatam. Hinc rurſum Capiti [d] ſupremo magis Proximi & velut vniti ac connexi [e], aſſociati in eodem loco & proceſſionaliter, præcedentiam aliquam merentur.

a Non inter Reges, quos proprio fulgore coruſcare oportet: *Qui Rex eſt Regem, Maxime non habeat* Atque ita ſatisfieri poſſe putet quis iis, quæ pro R. Romanorum ſcribit Quetta, *conſil.*1.

b Text. in *l.*1.*Cod.Theodoſ.de quæſtoribus: l.*3.*de primiceriis: l.vn. c. de Magiſtr. Scrinior. l.vnic. de Comitibus Conſiſtor.* vide Onciacum, *de la preced.de la Nobl.pag* 93. Exemplum in Canonicis Capellæ Regiæ, qui (ſingulari priuilegio) in Gallia præcedunt Cathedralis Eccleſiæ Canonicos: Chaſſan. *part.*4. *conſid* 47. ¶ Hinc & Bonus de Curte Brixienſis *de nobilit.part.*3.*num.*33. & poſt eum Purpuratus in *l.*1. *num.*60. *de offic.eius cui mand.* ſcribunt reſidentes apud Ducem Sabaudiæ præferri Senatoribus. Vide & Menochium *conſil.*902. *num.*34. *& de arbit. caſu* 68. *num.*39. ¶ Etiam inter diverſas dignitates hæc ratio adduci poteſt: quomodo adduci ſolet à Secretariis Regiis adverſus Locumtenentes Balliuiorum: v. Chanut. *cap.*174.

c Cujuſmodi etiam ſunt exequiæ Imperatorum & Regum. Quare publica officia Imperij gerentes, *Erb-Empter*, Comitatenſibus, *Hoff-Empter* præferimus; de quo Anonymi Auctoris Conſultatio *apud Beſoldum pag.*160. &c.

d Qui magis cohæret Principi dignior dicitur, Felin. *de maiorit. & obedient.num.*4. *&* 12. Vnde & altior locus dicitur, qui domino proximior eſt *l.vnic. C.de præp. S.Cubiculi.* Hinc Adſeſſori ſeu Conſiliario, idem honor præſtatur, cui exhiberi ſolet ei cui adſidet. Chaſſan. *part.*8.

Digitized by Google

part. 8. *conſider.* 27. *in fin.* Hinc Pares Franciæ cæteris Principibus Regni præferendi ſunt, Chaſſan. *part.* 5. *conſid.* 43. ¶ Hinc Cardinalium Collegium aliis Epiſcopis præfertur: vide Chaſſanæum *part.* 4. *conſid.* 10. & 11. Onciacum, *de la preced. pag.* 121. & 122. ¶ Hinc inter Cardinales, Oſtienſis aliis præfertur, quia honorabilior ille dicitur, qui eſt proximior Domino, vt eſt Gloſſa, *in §. aliam, Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* Chaſſanæus, *part.* 4. *conſid.* 8. Hinc Vicarius Epiſcopi anteponitur Archidiacono & Archipreſbytero, vt reſpondit Abbas in *conſil.* 21. *in fin. lib* 1. ¶ Hinc Capitulum ſeu Decanus & Canonici Cathedralis Eccleſiæ de praxi præcedunt omnes Prælatos inferiorum Eccleſiarum, quia ſunt magis proximi & vniti Epiſcopo ſeu Capiti Felin. *in cap. cum non liceat, de præſcript. in princ.* Vide Chaſſan. latè *parte* 4. *conſid.* 32. & maximè *pag.* 183. vbi de connexitate plura: ideò præferuntur etiam Vicario Epiſcopi: de quo Gratianus 1. *diſcept. forenſ* 111. (contra Franciſcum Sarmientum *lib.* 7. *ſelectar. interpr cap.* 17. & Menoch. *conſil.* 257. & Gonzal. Mendez. de Vaſconſeliis *lib.* 1. *diuerſ. iur. argum. cap.* 1. Io. Picard. *inter conſil. Menoch.* 52. *num.* 135. vſque ad *num.* 156. *lib* 1. Item præferuntur Abbatibus in proceſſionibus Capitularibus: Chaſſan. *dicto loco*: Ripa, *reſp.* 5. Boërius, *tract. de auctorit. magni conſil. num.* 68. Gratian. 1. *diſceptat. forenſ.* 111. *num.* 10. 11. Secus inquiunt in proceſſionibus publicis: Contrarium tenet Barbatias *in can. paſtorales, de offic. deleg.* Vide Onciacum *de la precedence de la Nobl. pag.* 92. Hac de re quoque mota controverſia in Gallia A. D. 1614. vide Mercurium Gallicum *tomo* 3. *fol.* 434. & *ſeq.* ¶ Hac ipsâ de causâ Clerici ſeculares Regularibus præferuntur: Text. in *cap. alia* 16. *q.* 1. *can. à Subdiacono* 93. Sub diſtinctione *Gloſſ. fin. in can qualiter, & ſecundo de accuſationibus.* Plenè Cardinalis Alexand. *in can. Epiſcopos, num.* 1. *diſt.* 17. Quanquam & altera ratio adducitur à Cardinale Alexandro, quia An-

tiquiores ſunt, ab Apoſtolis inſtituti: Plenè Ripa in *reſp.* 5. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando Regulares obtinuerunt nomen & habitum Canonicorum: Boërius, *de auctor. magni conſil. nu.* 8. Extende, Canonici ſeculares præferuntur Canonicis Regularibus: Ripa, *conſil.* 3. *num.* 20. Hoc proximitatis & connexitatis argumento, Conſiliarij ſecretioris conſilij præferuntur nudis Senatoribus Regiis, quamlibet tempore prioribus. Vide Boërium *de auctorit. magni conſil. num.* 151. Purpuratum, in *l.* 1. *num.* 60. *de offic. eius cui mand.* Bonum de Curte Brixienſ. *de nobilit. part.* 3. *num.* 33. Menoch. *conſil.* 902. *num* 28.29.30.31.32.33.34.

XXXVII.

EX TEMPORE quoque dignitates ipſæ æſtimantur, & exinde de præcedentia. Nempe ideò Perpetui[a], temporariis; in Numero[b] conſtituti, ſupernumerariis; Hæreditarij[c] electivis præferendi.

a Vide Chenu. *cap.* 194. *pag.* 318. Gratianum, *diſcept. forenſ. cap.* 845. *num.* 40.41.42. Ita perpetuam juriſdictionem habentes, præferuntur temporalem habentibus: quemadmodum probat multis Io. Andr. in *cap. penult. de offic. delegati, in ſexto, in nouell.* quem ſecuti ſunt Felinus in *rubr. de maioris. & obedient. num.* 10. Boërius, *tract. de ordin. grad. vtriuſque fori, num.* 21. & Gondiſ. *tract. de leg. parte* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 55. Menochius *conſil.* 51. *nu.* 17.

b Vide Chaſſanæum, *parte* 4. *conſid.* 12. Quia ſunt expectantes locum decedentium. Exemplum in Canonicis ſupernumerariis: de quo vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 867. *à num.* 23. *ad* 29. & rurſum à *nu.* 56. *ad fin.*

c Vide Peregrinum *conſil.* 13. *num.* 10. *vol.* 2. Vt vice verſa electi-

electiuos, ſeu aſſumtos per viam electionis, præferimus aſſumtis per prouiſionem aut collationem: vide Chaſſan. *part. 4. conſid. 32. ibi ſeptimo.*

XXXVIII.

EX SE & PROPTER SE Iuriſdictionem vel dignitatem num quis habeat, hac quoque parte ſpectandum eſt: Hinc dignitatem [a] habens ex privilegio & jure alieno, cedit habenti iure communi & ſuo: Hinc, principaliter [b] ſibi datam iuriſdictionem ſeu dignitatem qui habet, præfertur ei qui ſubſidiariam, Vicariam, etiam legalem, non privati beneficio delegatam habenti. Hinc Iudex à Principe delegatus [c], etſi in cauſa delegata Ordinariis maior ſit ratione poteſtatis & iuriſdictionis, non tamen ratione dignitatis & præcedentiæ maior eſt.

a Ita argumentatur Iacobus Niger in *rubr. ff. de offic. eius, num.* 14. *in fin.* Alciatus, *reſp.* 199. *num.* 36. vide & Peregrinum *conſil.* 3. *num. vlt. vol.* 2. Menoch. *conſil.* 51. *num.* 24. *&* 257. *num.* 18. Ratio eſt quia dignior eſt qui propria dignitate fulget & coruſcat *l. ſi Auguſtæ, ff. de legatis* 2. & tradunt Dec. in *l.* 2. 7. *num.* 7. *ff. de regul. iur.* & Iaſon in *l. more, num.* 4. *de iuriſdict.* & alij quos commemorat Menochius *d. conſil.* 51. *num.* 25. 26. vbi & aliis rationibus comprobat.

b Dictum aliquid ſuprà *th.* 4. & huc quoque pertinent notata ad *lit. a.*

c Hanc quæſtionem latè tractat Bellonius *de mandata juriſdictione, cap.9. quæſt.9.* vide & Menochium *conſil.* 257. *num.*59.

¶ Quæſtio eſt, an SVCCEDANEVS ſeu ſuffectus & ſubrogatus in alterius decedentis, vel reſignantis officium ſiue locum, & vt Græci vocant, τάξιν, eius quoque ſedis prærogatiuam obtineat? Quod negandum eſt, hic enim vltimum locum occupat inter Collegas, vndiquaque videlicet pares.

Text. in *l. ſi quis in Archiatri.* 10. *C. de Profeſſoribus & Medicis*: vide & *leg. vnicuique, & leg. comperimus, C de proximis S. Scrinior.* Decium, *reſp* 161. Hotomannum, *conſil.* 105. Langlæum, 7. *Semeſt.* 7. *pag.* 360. Loiſeau, *lib.* 1. *des offices*, *cap.* 7. *pag.* 115. Chenu, *cap.* 197. *pag.* 521. Cotmannum, *conſil.* 95. *vol.* 1. vide ad aliquid etiam Chaſſanæum, *part.* 4. *conſid.* 12. *verſ. & intellige.* Ergo vulgatum illud & Brocardicum hîc non obtinet, quòd ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur: quod alioquin obtinere diximus in iis ſpeciebus quæ tractantur *ib.* 5,

XXXIX.

ACTVS, ſeu FVNCTIONIS realis ratio quoque habenda: Hinc Actuales [a] ſeu in actu & adminiſtratione revera poſiti ἐμπρακτοι paris dignitatis, & vacantibus (id eſt iam dignitate & officio functis) & nudis honorariis, ſeu codicillariis (quos etiam *Adlectos* olim vocabant, hodie *Bullatos* & *Titulares*) tempore licèt anterioribus præferuntur: Hinc rurſum actu [b] officium priùs exercentes, prioribus in data, ſeu proviſione, vt loquuntur, actu non

exercentibus præferuntur. Hinc denique & vacantes, id eſt [c] officio aliquando functi, honorariis, id eſt, nunquam functis, præferuntur.

a Exemplum in *l.1. Cod. Theod. vt dignitatum ordo ſervetur: & l.2.* & ibi Ioan. de Plat. *eod. tit.* quæ eſt Cod. Iuſtin. *l.1. vt dignitatum ordo ſervetur: l.5.6. Cod. Theod. de Honorariis, Cod. l.2. eod. Cod. quis in gradu præferatur: l.19. eodem, de agentibus: l. vlt. eod. de Principibus agent: l.4. C. de Principibus agent: l.2. in fin. C. de Primicerio & Notar. v. Novellam 62.* latè proſequitur Iaſon. *conſil.161. lib.2.* & Ruinus, *conſil.19. lib.1.* Capitolinus, *in Pertinace; Cùm Commodus*, inquit, *allectionibus innumeris Prætorios miſcuiſſet, Senatusconſultum Pertinax fecit, juſſitq́ eos qui Præturas non geſſiſſent, ſed Adlectione accepiſſent, poſt eos eſſe qui verè Prætores fuiſſent, ſed hinc quoque grande odium ſibi multorum commouit:* vide & Vaſquium, *argum.10. num.127.* Exemplum in Epiſcopis: de quo vide Balduin, *conſil.386.* Excepti tamen olim ſingulari priuilegio nonnulli, *v. l.8. C. Theod. de honora. Codicill.*

b Vide Zabarellam, *conſil.62.* Chenu. *cap.198.* Langlæum *7. Semeſt.7. in fin.* Lucium, *lib.4. tit. de ordine ſedendi, art. vlt.* Riccium, *in praxi Eccleſiaſt. tit. Præcedentiarum, deciſ.580.* vide & quæ ſupra iam notata, vbi de promotionis prioritate, *th.18.* item vbi de ſpe, *th.4.*

c *L.1. Cod. Theod. vt dignitat. ordo: l. vlt. de Primicer. & Notar. l. vn. de Comitibus vacantibus.*

Laboris maioris munus ſeu dignitas cæteris paribus præcedentiam quoque tribuit [a]: ſecus datis imparibus [b].

a Qui majores ſuſtinet labores, dignior eſt illo qui mi-

nores obit, *l.vnicuique, in princ. C.de prox. ſacr. ſcrin. l.2. C.de offic. magiſtri offic.* & aliis comprobauit Boërius, *de magni conſilij auctoritate,nu.*145.

b Id eſt quando aliqua cauſa & qualitas extat, quæ reddit digniorem eum qui minus laboris ſuſtinet: alioqui ſequeretur abſurdum, quòd Cardinalis eſſet Epiſcopo poſtponendus, ob id quòd maiores obit labores Epiſcopus Cardinali: Menoch.*conſil.*902.*nu.*61.

CAPVT SEXTVM.

De MVTATIONE *contingente circa perſonas dignitate decoratas.*

XL.

MVTATIONES variæ circa perſonas dignitatibus decoratas ſæpe occurrunt. Et tum anxiè ſæpe quæri ſolet, quemnam gradum obtinere debeant?

XLI.

Prima quæſtio eſt, vtrum, *Permutatis* inter duos in eadem Curia ſeu ſtatione dignitatibus ſeu officiis, puta altero alterius officium ſubeunte, priſtinam illi præcedentiam tueantur? Quod affirmandum eſt.

Vide Langlæum 7.*Semeſtr.*8.*pag.*360. & Loiſeau, *lib.*1. *des offic.cap.*7.*num.*77.78.79. Rupanus, *lib.*7. *des Parlements*, *cap.*27, *num.*13. Et ratio hæc redditur, quia conjunctum reuera

reuera munus vtriuſque militiæ ſeu dignitatis fuit, & ſic nulla interruptio facta cenſetur. Et exemplum ponunt in Conſiliariis Eccleſiaſticis & Laicis eiuſdem Parlamenti, dignitates ſuas inter ſe commutantibus. Et Pariſienſi Senatui id non ſemel placuiſſe memorat. A quo non abludit, quod Albericus ſcribit, ad *leg.* 2. *ff. de Decurion.* ei qui in Canonicorum Collegium iam olim adſcitus fuit, optionem nouiſſimam præbendarum non officere, quò minus priſtinum ordinem retineat.

XLII.

Secunda quæſtio: vtrum, ſi non in *eadem Statione*, ſeu *Curia*, verùm in diverſis, ab eodem dignitas fuerit continuata; veluti ſi Conſiliarius ex Parlamento Pariſienſi, in Burdegalenſe migrarit; vtrum, inquam, ideò priſtinam præcedentiam amittat? Et ſanè amittere dicendum eſt, atque adeò eum gradum tenere, qui eo tempore vltimus eſt.

Vide Langlæum, 7. *Semeſt.* 8. *pag.* 362. Nec enim Magiſtratus alibi geſti, quoad ordinem ſedendi vel procedendi, ratio vlla alibi habetur, ſed veluti nouus & quaſi hodie in ordinem venerit habetur: Denique prioris Magiſtratus eiuratione Senator eſſe deſiit. Et exemplum affertur Hieronymi Vallæ, qui Senatorio munere multis annis in Curia Pariſienſi defunctus, poſtea in Curiam Rhedonenſem allectus, nouiſſimo loco ſedit.

XLIII.

Tertia quæſtio: vtrum *Repetens* poſteà ſeu relegens eandem, quam à ſe ſemel vltrò abdi-

caverat, dignitatem, priſtinam quoque præcedentiam iure quodam poſtliminij repetat, ſeu recuperet? Id quod pariter negandum eſt.

Argum. *l. ſed ſi manente* 5. *ꝟ. de precario.* Et hoc eſt quo vulgò dicitur, *demeurer lourche.* vid. Langlæum, 7. *Semeſt.* 8. *pag.* 361. 362. 363. qui exempla eam in rem adducit: vide & Loiſeau, *des offices, lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. Amiſſa ſemel præcedentia nunquam recuperatur. Et verò per reſignationem ſeu eiurationem & abdicationem ea ſemel amittitur: & exemplum quoque eandem in rem idem allegat. Ita Canonicus renuncians Canonicatui, ſi iterum efficiatur Canonicus, nullam habet prælationem ex priori titulo, cui non poteſt inniti, ſed nouo: *cap. ex inſinuatione* 26. vbi Gloſſ. *in verbo prima de Simoni.* & in *c. Nabuchodonoſor* 18. *in verb. accepit*, 23. *quæſt.* 4. Gratianus, *diſceptat. forenſ. cap.* 845. *num.* 10. ¶ Excipiuntur tamen hi quatuor caſus, 1. Si maiore interim dignitate is qui dignitatem abdicauit auctus fuerit; vide exemplum apud Chanutium, *cap.* 199. & Rupanum, *lib.* 7. *des Parlements, cap.* 27. *num.* 16. & ratio deſumitur ex *l.* 3. *C. de dignitatibus*; quia maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis ſeu militiæ privilegia præiudicium facere. 2. Si (Canonicus fortè) in fauorem alterius reſignaſſet, iſque poſtea reſignationem admittere noluiſſet, vtique tum reſignans (canonicum ſuum) mox repetens priſtinam præcedentiam retinet: argument. *l. ſi fortè, ff. de offic. Præſid.* Quam in rem duo Arreſta memorant Boërius, *de auctor. magni conſil. num.* 82. Chenu, *tit.* 32. *cap.* 168. & Molin. *ſuper regula de publicandis reſignation. à num.* 44. *ad num.* 50. hac eadem ratione, quòd reſignatio in fauorem, tacitam in ſe conditionem hanc habeat, ſi modò reſignatarius

tarius acceptaverit. 3. Si qui alteri officium fortè Conſiliarij reſignauit, pœnitentiâ reſignationis ductus, ab alio ilicò aliud officium Conſiliarij comparauit, & eodem tempore, quo is cui ſuum officium reſignauerat examinandus erat, proviſiones vt vocant ſuas Curiæ obtulit: eò quod hoc caſu non videatur vlla interruptio facta, tam cito repetiti, argum. *l. quidquid calore, ff. de regul. iur.* Cuius rei exemplum vide apud Rupanum, *lib. 7. des Parlements, cap. 27. num. 15.* 4. Reſignans Canonicatum reſervato ſibi regreſſu cum loco in choro & Capitulo, mortuo reſignatario, debet ſedere in priori & antiquiori loco: vt in deciſione Rotæ Legionenſ. canonicatus coram Maceratenſ. de quâ per Pappazon. *in addit. ad Rot. deciſ. 1. in fin. num. 17. de renunciat. in nou.* Gonzal. *de alternat. Gloſſ. 5. §. 9. num.* 101. Gratianus *diſcept. forenſ.* 106. *nu.* 17.

XLIV.

Quarta quæſtio, vtrum *Ordine motus* ad tempus, ſeu, vt vulgò loquuntur, *ſuſpenſus* de officio ſuo, finito ſuſpenſionis tempore veterem ordinem & præcedentiam tueatur ſeu teneat? Quod vtique affirmandum eſt.

Textus expreſſus in *l. 2. §. 1. ff. de decurion.* vide & Langlæum, 7. *Semeſt.* 8. *pag.* 360. & Loiſeau, *des offices, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 74. Et ratio hæc redditur, quia ſuſpenſio hæc non ipſius dignitatis privatio eſt, ſed exercendi eius tantum temporaria interdictio: ne alioquin pœna tempore definita, contra ſententiæ fidem vlteriùs porrigatur *l. 3. §. 1. ff. de decurion.*

XLV.

Quinta quæſtio: vtrum *Reſtitutus* ſeu red-

Digitized by Google

integratus Principis indulgentiâ, dignitati & officio (olim ob culpam amiſſo) priſtinam præcedentiam recuperet? Quod regulariter negandum eſt.

Text.in *l.*2.*§.*1. *verſ.non idem,ff.de Decurionib.* & *l.*2.3. *ff.de ſent.paſſ.* & *reſtitutis. l.*2. *C.eod.tit.* vide & Boërinum, in *in tract.de auctorit.magni conſil.num.*82. vbi etiam Bartolum in id allegat.in *d.l.*2.*de decurion.* & Felinum, in *cap. ex inſinuatione, in fin. de Simonia:* vide & Langlæum, 7. *Semeſt.*8.*pag.*360. Reſtitutio non operatur, vt reſtitutus recuperet primum locum & præcedentiam quam prius habebat, tanquam agat ex nouo titulo, & non veteri. Ancharan. *in cap ex inſinuat.*25. *num.*4. *de ſimon.* Iaſ. *in l.Gallus,* §.*& quid ſi tantum,num.*71.*& ibid.* Galiagal. *num.*57. *ff. de liber. & poſt.* Ferret. *de gabell. num.* 170. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.*3.4.7.*num.*73. Guido Pap.*ſing.*361. & *conſil.*18. *num.*9. cum aliis per Odd. *de reſtit.in integr. quæſt.*57. *num.*19.*fol.*260. Menoch. *de recuper.poſſeſſ rem.*10. *num.* 106.*fol.*388. Gratianus,*diſceptat. forenſ. cap.* 845. *num.*20. Nec obſtat *lex vlt. Cod. de ſent. paſſ. & reſtit.* §.*vlt.* & *lex* 1.*C.eod.tit.* ¶ Exemplum quoque poni poteſt in eo qui privatus Canonicatu & reſtitutus,vt per Boërium & Farinacium Rot.Rom.*deciſ.* 44. ¶ Et hoc, niſi facta fuiſſet reſtitutio pleniſſima in integrum, vt per Felinum vide & Gratianum *dict.cap.* 845.*num.*21.22.23.24.25.26. vſque ad 30. ¶ Quæri poteſt & de ordine ſuppreſſo, mox reſtituto, vtrum is priſtinam præcedentiam recuperet? De qua quæſtione vide Gratianum, *diſcept.forenſ.cap.*845. *à num.*9. & *num.*18. 19. &c.

CAPVT SEPTIMVM.

De REPRÆSENTATIVA *Præcedentia.*

XLVI.

REPRÆSENTATIONIS quoque & ſubrogationis quodnam jus eſſe poſſit in hoc præcedentiæ argumento hîc videndum eſt, id eſt num eæ perſonæ, quæ alios repræſentant, ſeu alienis radiis coruſcant, eandem cum his præcedentiam vindicent. ¶ Prima quæſtio eſt, de Locumtenentibus[a], Coadjutoribus[b], Vicariis[c], Regentibus, Adminiſtratoribus[d], ſubrogatis[e], delegatis? Et de his incunctanter id affirmandum eſt, in actibus videlicet, qui ad actum eorum pertinent.

a Text. ſingul. *cap. præcipimus, 93. diſtinct.* Romanus, *ſingul.* 362. vide Menochium, *conſil.* 51. *num.* 57. 257. *num.* 85. 86. vſque ad 91. & Picardum, *inter conſilia Menochÿ* 52. *num.* 216.

b Nempe in abſentia Ordinarij, ſeu Coadjuti, Coadjutor eandem præcedentiam ſibi vindicat: Riccius, *tit. praxis præcedentiæ, deciſ.* 578. *num.* 4. Gratianus, *diſceptat. forenſ. cap.* 106. *num.* 18. *&* 30. Nauarra, *conſil.* 2. *num.* 5. *verſ. ſexto, de clericis ægrot.* ¶ Quare & de Rege Romanorum idem dicendum eſt in abſentia Imperatoris, cæteris meritò eum præferendum, tanquam eius coadjutorem ſeu adjuvam.

c De hoc vide *les memoires de la preſeance, pag.* 82. ¶ Ita

Digitized by Google

Vicarius abſente Epiſcopo & exiſtens in actu ſedet in loco maioris,& etiam Decano, Archidiacono præfertur *can.præcipimus*, 93.*diſtinct.* vbi ratio generalis continetur : tum enim ſicut illius Locumtenens honorabitur. Et quia Epiſcopi & Vicarij vnum eſt tribvnal *cap.* 2.*de conſuet.in* 6. *& c.Romana,in princ. de appell. in* 6. Abbas *conſil*.21. *num*.1.*&* 3.*lib*.1. Romanus *ſingulari* 34. vide Chaſſan.*part*.4. *conſid*.46. & prolixè Gratiam. *diſceptat. forenſ.cap*.111. ac maximè *à num*.16.17. & Cantuccius Epiſcopus Lauretanus ex profeſſo in voto ſuo in cauſa Florentina prælationis inter Archidiaconum Dignitates & Canonicos Eccleſiæ Florentinæ ex vna,& Vicarium Archiepiſcopi Florentini ex altera : quod Gratianus inſeruit *dict.cap*.111. (qui quidem Cantuccius tractat an hæc præcedentia Vicario conſtet, in actibus neceſſario,antecedentibus & conſequentibus actus iuriſdictionales : item an in actibus promiſcuis & indifferentibus, veluti in conuiuio amici) Etſi in contraria opinione ſit Tornetus *conſil*.193.*lib*.2. Menochius, *conſil*. 51. & Ioann.Piccard.*conſil*.52. *inter conſilia eiuſdem Menochij*, cui ſubſcripſerunt Marcus Mantua & Gaſpar Fabianus : & ex profeſſo *conſil*.257. vbi Decanum Vicario præfert : & Rubeus inter *diſcept. Gratian. cap*.298. *num*.73. Aliàs,præſente Epiſcopo Vicarius non præcedit Archidiaconum & Capitulum, ſeu Canonicos capitulariter congregatos : Riccius, in *praxi præced. deciſ*. 582. Gratianus & Cantuccius *dictis deciſ.* Et hoc poſtremum quidem, in locis Capitularibus, nam in choro, Vicarius tanquam dignior præfertur : de quo Ioan. Iacob.Merill. *tractatu de præcedentiâ Vicarij* : & Ludouicus Bellus, *conſil*.27. in id expreſſo. Sic & in actibus promiſcuis & indifferentibus : veluti in conuiuio amici,Cantuccius tandem definit,Vicarium Epiſc.præferri Archidiacono & Canonicis etiam in actu conuiuij, ad quod Archidiaconus & Vicarius à communi amico fuerint inuitati.

b De

d De Adminiſtratoribus præter text. *in cap. grandi, de ſuppl. negl. præl. in 6.* res notiſſima eſt ex Comitiis Germaniæ.

e Subrogato idem honor debetur, ſicut ipſimet principali in actibus in quibus illum repræſentat, quicquid ſit in aliis. Felinus, in *cap. cum olim, num.* 1. *verſ. ſed vera ſolutio, de offic. delegat.* Ita Delegatus ab Epiſc. ad aliquem actum, puta celebrandi Synodum vel ſimilem, præferri debet in ſedendo in loco Epiſcopi delegantis, quaſi in actu illo ſpecialiter illum repræſentet, *c. præcipimus,* 93. *diſtinct.* Roman. *ſingul.* 340. Gratianus, *deciſ.* 298. *num.* 4.

XLVII.

Legatis [a] quoque Regum, Principum, Rerumpublicarum, Parlamentorum, eundem locum ſeu eandem præcedentiam cum legantibus deberi certiſſimum eſt. Quinimò & hoc cùm maximè Legato incumbit, vt Domini ſui locum tueatur.

a Legati ſcilicet referunt imaginem & vicem eius à quo mittuntur. Videndi ſunt qui de Legationibus ſcripſerunt: inter alios Hotomannus, *cap.* 3 *num.* 21. &c. Albericus Gentilis, *lib.* 3. *cap.* 19. vide & Colerum *de Iure Imperij Germanici, num.* 68. & Bertramum, *de Comitiis Imperij, num.* 67. ¶ Hoc Iure Legati Imperatoris Cardinali Madrucio Tridentino in Concilio præferendos ſe diu contenderunt: de quo vide *hiſtor. Concil. Trident. lib.* 2. *pag.* 126. 127. *&* 130. 131. *& lib.* 6. *pag.* 556. *Gall.* Qui vltimùm tamen ceſsêre.

XLVII.

Cautela tamen tres circa Legatos ſeruandę

ſunt. 1. Legatos hodie, novo Eurematici ſeu cautelæ genere, ab iis diſtingui, qui nudo *Agentium*[a] aut *Reſidentium* vel *Nunciorum*[b], nomine emittuntur: quibuſque adeò non eadem ſemper præcedentia defertur. 2. Legatum ſuperioris Regis, aut Principis, aut Epiſcopi, in concurſu[c] alterius Regis vel Principis aut Epiſcopi, ſed inferioris, αὐτοπροσώπως præſentis, gradu ei cedere debere: non item inferioris[d] gradus Principi. 3. In locis & actibus judicialibus[e], Legatis præcedentiam ſolitam non ſervari.

a Agentes hi etſi ſecuritatem & poteſtatem habeant Legatorum, non tamen plenam poteſtatem & ſeſſionem: hi enim fermè mittuntur, vbi metus eſt, ne Legati aliis poſtponantur. Ideò Galliæ Reges in aulâ Cæſareâ Legatum non habent, ſed Agentem, propter ſeſſionem, quam Hiſpanus ceu Auſtriacæ domus apud Imperatorem facilè obtineret.

b De Nunciis Apoſtolicis idem dicendum, qui non plenâ poteſtate agunt, vt Legati: de quo vide *Protheoriam th.*8. *lit.e.*

c Hanc quæſtionem accuratè tractat Ioannes Baptiſta Coſta, *conſil.* 44. & Petrus Calefatus *de Equeſtri dignitate, num.*122. & Conradus Brunus *de legat. lib.*5. *cap.*8. vbi tandem decidunt, Principem Legato præferendum eſſe. De eadem re agunt Colerus, *de jure Imperij Germanici, num* 68. & Bertramus, *de Comitiis Imperij, nu.* 67. Quetta, *conſil.* 1. *num.*6. Exemplum in Electorum Legatis, per textum Aureæ Bullæ Caroli IV. *titul.* 25.

Imo

Imò exemplum, quod memorat Colerus *dicto loco* in Caroli V. Imperat. Legatis, qui in Comitiis Norimbergenſ. A. D. 1542. Ferdinando Regi Romanorum fratri poſtpoſiti fuerunt. Sed & inter cæteros quoque ordines poſtmodum ſeruatum, & peculiari tranſactione confirmatum A. D. 1566. ſcribit Auctor Ausfurlichen berichts, vvie es auff den Reich-tagen, &c. *cap.* 5. Et ſunt tamen qui contrariam ſententiam tueantur, & in his Paſchalius *in Legato, cap.* 38. *& ſeq.* illo tantùm caſu id admittens, vbi legatus ad Monarcham miſſus eſt inferiorem. Nam ibi Legatum primum locum concedere oportere, nempe quia quilibet in territorio ſuo ſummus ſit, de quo alioquin principio iam ſuprà. ¶Hac ſane quoque ipſa de cauſa in Concilio Nicæno Euſtathium Epiſcopum Antiochenum dextram tenuiſſe eſt qui cenſeat, lævam occupantibus Epiſcopi Rom. Legatis. Quanquam non idem obſeruatum in Concilio Chalcedonenſi: de quo vide Baronium *A.D.* 325. *num.* 57. Ratio Plinij verbis ad Traianum, etſi in alia re; *Et hoc*, inquit, *natura ſideribus, vt parva & exilia validiorum exortus obſcuret: ſimiliter Imperatoris adventu Legatorum dignitas inumbratur. Tu tamen maior omnibus quidem eras, ſed ſine vllius deminutione maior: eandem auctoritatem præſente te quiſque quam abſente retinebat.*

d Quare in inauguratione Caroli V. Imperat. A D. 1520. minùs rectè factum putet quis à Duce Ioanne Cliuenſi: qui Legatis Electoris Saxoniæ præferri ſe contendebat; quam hiſtoriam narrat Sleidanus *lib.* 2. *circa fin.* Sanè quicquid Cliuenſis obtenderit, ex Decretis Imperij, eorumq; ſubſcriptionibus conſtat, Electorum Legatos in generali Curia communiq; βουλευτηρίῳ, adeoque in actuum publicorum celebratione, Principes præcedere: Comparatos autem cum Electoribus, qui in prppria perſona adſunt, ſedere infra illos: maximè, cùm publici actus in Curia Imperiali celebrantur.

¶Eandem alioquin diſtinctionem circa præſcriptionem præcedentiæ adhiberi oportet: de quo *ib.7.ſup.*

e Veluti in Parlamentis Galliæ: ibi quippe Legati exterorum intromiſſi honeſtiſſimo quidem loco collocantur: at non pro dignitate Regis, aut alterius à quo ablegati. Ita in fori aperturâ Sammartinianâ ann.1508. cui Rex Franciſcus I. interfuit, Orator Venetus poſt Epiſcopos & Abbatem S. Dionyſij (qui Conſiliarius natus eſt in Parlamento Pariſienſi) ſedit, & pone eum Primus Præſes Burdegalenſis. Et in altero conventu habito ab eodem Franciſco I. ann. 1523. menſe Iunio in Parlamento Pariſienſi, idem Orator Venetus ſedit poſt prædictos Prælatos, & poſt Guleatium de S. Seuerino magnum Franciæ Scutiferum. Ita Oratores Poloni, qui venerant petitum Ducem Andium (poſtea Henricum III) in Regem Poloniæ, poſt Pares Franciæ ſederant in Parlamento de quo omni expreſſo capite Rupanus *lib.7. des Parlements, cap.10. Rang des Ambaſſadeurs.*

PARS SECVNDA

De Notis *ſeu* Signis *Præcedentiæ.*

I.

NOtæ, ſeu ſigna, Præcedentiæ, & (vt Gellius vocat) *ſpecies honoris*, tandem quibus in rebus præcedentia conſiſtat, ſequuntur. Ea vero ſigillatim perſequi

animus nunc non eſt, tum ob magnam eorum varietatem, tum quia pleraque eorum, ipſius naturæ inſtinctu vel dictatu, vel regionum conſuetudine notiſſima ſunt; de quibus alioquin etiam prolixè quamplurimi ſcripſerunt, inter hos Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi*[a]: Goldaſtus, *in Seniore*[b]. Quare nonniſi inſigniores quaſdam nunc Notas proponemus; quæ & ipſæ in obſcuro Tituli[c] loco eſſe poſſunt.

a *Parte* I. *conſid*.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.

b *Lib*.1. *cap*.5.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.27. 28.

c Vt locus manus dextræ inducit præſumptionem maioritatis. Bald. *in l. decernimus, in princ. in 2. notab. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Reſtaur. *de Imperato quæſt*.22. *num*.3. *& q*. 88. *num*.7. *tomo* 10. *fol*.67. Tiraquell. *de primogen. præf. nu*. 13. *vſque ad* 17. Gratian. *diſcept. forenſ. cap*.106. *num*.40. Et tamen id fallere aliquando, probat idem à *nu*.41.

II.

Sedendi & Incedendi ſeu procedendi ordo cumprimis huc ſpectat. Proëdria enim & Propompia illa potiſſimùm ſunt quæ præcedentiam notant. Atenim non æquè liquet ſemper, quis locus honoratior ſit, aut in ſeſſione, aut in inceſſu: Quare in hoc regionis cuiuſque mos[a] attendendus. Non enim ſingulæ

tantùm nationes, verùm etiam ſingula fermè oppida [b] diverſo more hac parte agunt. Sanè in inceſſu eſt, vbi dextræ [c] ſemper, etiam inter tres, ratio habetur; eſt [d] vbi inter tres medius, eſt vbi parieti proximus, honoratior eſt: Eſt vbi ſiniſtrum latus [e] dignius habetur.

a Gailius, 1. *obſeruat.* 21. *in fin.* Decius, *reſp.* 7. *num.* 69. *vol.* 3. Burſatus, *conſil.* 343. *num.* 4. *lib.* 4. Oliu. Raz. *deciſ.* 716. *nu.* 17. *& deciſ.* 964. *num.* 1. *part.* 1. Knichen, *de Saxonico non prouocandi iure, verb. Ducum, cap.* 2. *num.* 136. *& ſeqq.*

b Ita licet in Germania paſſim medius locus pro digniori habeatur, Norimbergæ tamen, non medius, ſed ſuperior locus dignior eſt: Auguſtæ Vindelicorum vt in Galliâ locus iuxta murum vel parietem.

c De honore dextræ multa multi ſcripſerunt: quos colligunt Chaſſan. *part.* 1. *conſid.* 11. Nolden, *de ſtatu Nobil. cap.* 10. *num.* 81. Buxtorfius, *cap.* 3. *in auream Bullam, theſi* 46. Alexander ab Alexand. *lib.* 2. *cap.* 19. Mareſchallus, *des droits honorifiques, pag.* 100. 101. Rocheflauin, *des Parlements, lib.* 4. *art.* 102.

d Vt in Gallia iam inde ab antiquo, vt videre eſt ex Caroli quarti Imperat. & Caroli quinti Regis Franciæ, & Wenceſlai Regis Romanorum congreſſu Pariſiis A. D. 1378.

e Apud Turcas ſiniſtrum latus dignius habetur, teſte Buſbequio *in Epiſtol. Legat. Turc.* quia ſiniſtrum latus gladius cohoneſtat, iſque qui in parte dextra eſt gladium habet ſub manu eius qui ſiniſtrum latus claudit, quod olim quoque iudicium fuit Cyri Regis Perſarum, teſte Xenophon. *lib.* 8. *Cyropæd.*

III.

De MORIBVS ROMANIS hac parte magna eſt inter literatos contentio. De medio[a] equidem loco, vbi tres eſſent, etiam apud Chriſtianos, honoratiſſimo, nemo eſt qui ambigat: ſed de dextra & ſiniſtra ambigitur. Sunt qui in inceſſu pro dextra[b], alij[c] pro ſiniſtra fermè pugnent. Nobis ea ſententia[d], & media quidem placet, vt hodie apud Gallos, Italos, Anglos; ita & olim apud Romanos Dextræ honorem potiorem fuiſſe tribus caſibus: 1. Vbi nullum ædificium, *&c.* penitus vtrinque proximum eſſet. 2. Vbi ad dextram aliquod proximum eſſet. 3. Vbi vtrinque. Alioquin ſiniſtræ hic honos erat, ſi quid ei proximum eſſet: Quare tum honoratior, medius inter comitem & ædificium incedebat: atque inde Comes, *exterior*; Honoratior vero, *interior* ire dicebatur.

a Apollonius *Argon*.1. Septimius Romanus *lib*.3.*de bello Troiano*. Sulpitius Seuerus *dialog*.3. *de vita S. Martini*. Ammianus *lib*.23. Quanquam pleraque loca illa eò pertinent, quòd dicturi, ſeu verba facturi medium locum occupabant. Neque tantum in inceſſu, verum etiam in conſeſſu, vide Cicer.*lib*.9.*Epiſt.ad Patum*. Virgilium, *lib*. 1. *Æneid*. Ouidium, 2. *Amor. Eleg*. 16.

V 3

Senecam *de injuriis,cap.*10. Suetonium,*in Tiber.c.*17.Calig.*cap.*22. Minutium,*in Octavio*: Lipſium in 14.*Ann.Tac. pag.*239. *in fin.* Dorleans *in Tacitum pag.*347. Scheckium *lib.*4. *tom* 4. *Critic.pag.*295.

b Lipſius,2.*elector.cap.*2.*&* 3. *cent.epiſt.*90.

c Bellarminus *lib.*1.*de Pontif.Rom. cap.*17. vbi de Petri & Pauli imaginibus: & Baronius A.D.213. *n.*6.*& ſeq.* A.D.325. *num.*56.*&c.* item A.D. 451. & Goropius Becanus: & Valdeſius *cap.*2.*num.*6. *cap.*3.*num.*3. & Gratianus *diſcept.forenſ. tom.*1.*cap.*106.*à num.*45. *ad fin.*

d Id luculenter oſtendit Sirmondus *in coronide Sidoniana.*

IV.

Dextræ vbi locus manifeſtè honoratior eſt, nihilominus adhuc quæri poteſt, vbinam dextra conſtituenda ſit? De inceſſu equidem res aperta eſt; de conſeſſu verò, & objecto aliquo alio, controvertitur: Verùm, tum frequentiſſimum eſt, eam dextram eſſe, quæ nobis intuentibus aut ingredientibus, ſiniſtra eſt, egredientibus autem dextra. Dextra denique accipienda eſt ab objecto principali: vt in diurno cœli ſiderumque motu.

v. Geneſeos *cap.*48.℣.13.

Exemplum in Eccleſia, & in Senatu: Nam nonnullis in locis quæ ingredientibus ſiniſtra eſt, ea revera dextra habetur (contra quod tamen vide quæ prolixè ſcribit Mareſchallus, *des droits honorifiques, à pag.*101.*ad* 110.) & exempla adfert Perronius *adverſ. Reg. Britann. lib.*1. *cap.*35, *in fin. pag.*294. ex Concilio Chalcedon. & Concilio

cilio Conſtantinopolit. ſub Menna. Vide & Rupanum *des Parlements,lib.4.num.*102. Exemplum in Numiſmate bicipiti, in Imagine quacunque, in inſignibus & armis; de quo vide Bart. Veronenſem, *de Imperatore elig. in verbo,ratione dignitatis:* & plenè Bartolus, *tract.de armis,*& *tract.de Inſula,*3.*col.cum ſeq.quæſt.vlt.& penult. ante primam figuram:* Chaſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, part.*1. *conſid.* 11. *in fin.* ¶ Quare Venetos reprehendi video, qui ponunt in ſigillis ſuis Leonem in parte dextra, Ducem in ſiniſtra. ¶ In Sacris Romanorum Gentilium pars ſiniſtra vbique dignior habebatur,vt ex Varrone, Cicerone,Virgilio,Plinio,Plutarcho,Feſto liquet.¶ Ea quæ diximus de læva honoratiore in Imaginibus, quemadmodum à Pontificiis pro veris agnoſcuntur; ita miſerè ſe torquet Bellarminus, *lib.*1. *de Romano Pontif.cap.*17. & Serranus *de Septem Vrbis Eccl. pag.*65.66.67. 68.69. & Nicolaus Alemannus *de Lateranenſibus pariet. cap.*9. *in fin.* Et Gratianus, *diſceptat.forenſ.cap.*106.*à num.* 45. vt eludant eas imagines Petri & Pauli, in quibus Paulus lævam, & ſic honoratiorem locum occupat. ¶ Sed & Baronius miſerè ſe torquet A.D. 325. *num.*56. *& ſeqq.* & poſt eum Perronius *adverſ.Reg.Britanniæ,lib.* 1. *cap.*35. *in fin. pag.* 294. quoniam videt Euſtathium Epiſcopum Antiochenum in dextro ordine primam ſedem occupaſſe in Concilio Nicæno, vt ſcribit auctor vitæ Conſtantini *lib.*3. *cap.*11. Legatos autem Epiſcopi Romani Sylveſtri ad lævam.

V.

SINISTRÆ locus primus honoratior eſt, quàm ſecundus dextræ tam in inceſſu quàm conſeſſu.

Valdeſius *cap.*3. *num.*3. *in fin.* Natalis Comes *in hiſtoria ſui temporis,lib.*24. *in fin. A.D.* 1564. Hinc in regno Neapo-

litano in Parlamentis Magno Iuſtitiario, (quod ſecundum Regni officium eſt) primus locus ad lævam Regis cedit, Admiralio (quod tertium eſt officium) ſecundus ad dextram poſt Conneſtabilem, vt teſtatur Marinus Freccias, *in Commentar.feudalib.lib.1. cap.6.7.* Antonius Summonte *lib.1.hiſtor.Neapolit.cap.*10. Scipio Amiratus *part.1.de familiis Neapolitanis.* Hinc in electione Maximiliani I. Regis Romanorum Archiepiſcopus Colonienſis (tertius Elector) in Eccleſia ad lævam Imperatoris primum locum occupauit: Comes vero Palatinus (quintus Elector) ſecundum locum ad dextram: *vide Electionem Maximiliani.* Hinc in convivio Friderici III. & Maximiliani Aquis-grani Archiepiſcopus Moguntinus, primus Elector, ſedit in prima menſa ad lævam Imperatoris, in latere dextro ſecunda menſa erat parata pro Rege Bohemiæ qui quartus Elector eſt: *vide Coronation. Maximil.* Similia exempla petenda ex Hartmanno Mauro, *de coronat. Caroli V.* ex Mamerano *de Inveſtitura Regalium*, Electoralis dignitatis, Mauricij Ducis Saxoniæ Auguſtæ facta: Item ex fratribus Heydeniis, & alio Auctore in *hiſtor.de electione Maximiliani II.* &c. Hinc in congreſſu Verovinenſi A.D. 1598. pacis inter Regem Galliæ & Hiſpaniæ ſanciendæ ergo, Legatus Franciæ primum locum ad ſiniſtram Legati Pontificij tenuit: cùm dextram teneret Nuncius, & proximum deinceps ſeu ſecundum dextræ locum Hiſpanus: vide Thuanum *lib.* 120. *initio*: & Du Cheſne, *de la grand.& majeſt.de France, lib.1. pag.*320.321. Et ratio hæc eſt, quia propinquior ſuperiori, & honoratior eſt, vide Chaſſan. *part.1.conſid.* 12.*&* 16. & Noldem *de ſtatu Nobil.cap.*10.*num.*82.

¶ E regione ſupremæ ſedis, ſeu OPPOSITVS, locus, an dignior vel inferior ſit ſedi ad dextram

tram ambigi ſolet? Nos neutrum regulariter putamus.

Sanè Dubravius 2.*Hiſtor.Bohem.fol.*88. Ioachim. Curæus, *in Annal.Sileſ.* Boregk. *in Chron.Bohem.fol.* 142. *in princ.* & ex iis Goldaſtus, *Comment.de Bohem.regno, lib.*4.*cap.*3. *pag.*412. 433. memorant Boleſlao Polono illud multum doluiſſe, quòd Cæſar Bambergæ in Franconia, anno 1125. iuſſo ſibi adſidere Tobiſlao Bohemo in ordine aliorum Principum ei ſeorſim è regione ſubſellium appoſuiſſet: idque in deteriorem partem vertiſſe. Verùm id à contemtu rectè vindicat Goldaſtus *dict.loco:* & vide quæ parte 3.*dicam,th.*3.*lit.c.*

VI.

In Pompis ſeu proceſſionibus modò primus, modò medius locus, modò vltimus honoratior eſt. Primus, ſi privatum [a] officium ſit: Medius, cùm pompa publica eſt: vel proceſſio partim Eccleſiaſtica, partim Secularis: Vltimus [b], vbi merè Eccleſiaſtica, veluti in choro Eccleſiæ & ſimilibus.

a Veluti Nuptiale, aut Funebre, &c.

b Vide Onciacum, *de la preced.de la Nobl.pag.*110.111. Et ratio hæc adſignatur, vltimum videlicet locum ratione officij Paſtori deberi, quaſi oues ſuas ante ſe agenti, & in gregem oculos intendenti, & vt dici ſolet, Opilioni oues paſtum ducenti, vide & Chaſſanæum, *parte* 4. *conſid.*74.& 75. & libellum *pro profeſſor.Tholoſ.p.*30.

VII.

Ex Separatis quoque actibus quibuſ-

dam, qui μονομερῶς peraguntur; Nota præcedentiæ quædam conſurgit: cuiuſmodi hi actus ſunt. I. Inter pares qui [a] primus in loco convento ad colloquium ſeſe ſiſtit, maior cenſetur [b]: Aliud verò ſi inter impares. II. Qui [c] in alterius fines colloquij & congreſſus ergo tranſit, minorem ſe altero profitetur, & minor ad maiorem ſeſe confert. III. Qui [d] in locum tertium poſterior advenit, ab eo qui primus venit viſitatur. IV. Qui æram [e] ſuam ſeu tempora in regno ſuo de alterius æra computat, altero ſe inferiorem eo ipſo profitetur. V. Qui obſides alteri dat, nequaquam ex pari dignitate congredi ſe oſtendit [f].

a Vide les *memoires de la preſeance des Rois de France*, *pag.* 47. 48. les Eſſais de Michel de Montagne, *lib.*1. *cap.*13. Du Cheſne, *de la grandeur & Majeſtè de France*, *lib.*1. *pag.* 319. Et ratio hæc redditur, quòd qui primus ſe in loco convento ſiſtit, in eum ſtatum ſeſe deducit, vt reipſa oſtendat alios ad ſe venire. Matthieu *lib.*1. *fol.*39. & Du Cheſne, *dict.pag.*319. Hac ratione Domini feudales primi ſe ſiſtunt in loco, ad homagij præſtationem accipiendam. Hoc exemplo Philippus II. Rex Franciæ primus ſe Ambianis ſtitit, ibi expectans Eduardum primum Regem Angliæ, vt homagium ab ipſo acciperet: Matthæus Veſtmonaſterienſis *in florib Hiſtor* Froſſardus, *volum.*1.*cap.*28. Ioannes Vaurinus, 1.*vol.Chronic. Angliæ*, *lib.*6. *cap.*58. & Chronicon Flandriæ *M S S.* Veteraque *Chronica Franciæ*: vide & alia complurima exempla

pla les *Memoires de la preſeance de France*, *à pag.* 40. *ad* 50. Idemque obſervatur vbi per Legatos negotium aliquod tranſigitur: vide Petrum Martyrem *lib.*32. *Epiſt.* 8. In congreſſibus, pariter Pontificis Romani & Imperatoris Bononiæ primus ſe Papa, tanquam major (ſi Deo placet) ſtitit. Item in congreſſu Papæ Clementis & Regis Franciſci Maſſiliæ Rex paratis omnibus vrbe prius exceſſit, dato Papæ ſpatio Maſſiliam ingrediendi: Id vbi factum, biduo vel triduo poſt Rex Papam Maſſiliæ conſiſtentem convenit: Quæ exempla memorat Montagne, *dicto loco*: & Bellaius, *pag*.158. vide alia exempla apud Coneſtagium, *lib*.1. *de coniunctione Portugalliæ & Caſtiliæ*: Videndus quoque Vepovius *pag.* 560. & Sarnicius, *pag*.387. Sanè & Verouini A.D.1598. id obſervatum: Gallici quippe Legati pacis ineundæ gratiâ primi eò venêre: Hiſpanoſq; qui poſtremò venerant primi viſitauerunt: vide Thuanum *initio libri* 120. & Mathæum *lib*.1.*pag* 39. Et hæc de publicis congreſſibus. ¶ Alioquin ſi privata officia ſint, qui alium excepturus eſt, vel in occurſum prodire ſolet, quomodo & Hieroſolymitanus Pontifex in occurſum Alexandro Magno extra vrbem prodiit: Ita Leo Papa extra vrbem Romam Carolo Magno, vel etiam domi expectare: & ſic tum minoris eſt expectare.

b Nempe inter impares vbi ad tractatum ſeu conſilium vel Synodum venitur, minoris eſt expectare. Ita auctor vitæ Conſtantini *lib*.3.*cap*.10. notat expectatum a Patribus Conſtantinum magnum Niceæ: ad cujus adventum omnes conſurrexerint.

c Minorem ad majorem tranſire ſeu tranſgredi æquum eſt modis omnibus. Vide les *Memoires de la preſeance*, *pag* 24. & 50. Huc pertinet colloquium Martij Legati Romani & Perſei Regis, de quo Livius *lib*.42. Exempla alia vide apud Paſchalium, *de Legato*, *cap*.39. vide & *les Memoires de la preſeance*, *dictis locis*: & Bodinum, *lib*.5. *de*

*Republ.cap.9.num.*144. Ita pacis ineundæ inter Gallum & Hiſpanum cauſâ A. D. 1598. Verouinum ventum, quod in Veromanduis in terrâ Franciâ oppidum eſt. Vide Thuanum, *initio libri* 120. Alioquin cùm res ex æquo peragitur: in confinio vel medio flumine, vel ſupra Pontem colloquia inter Principes miſcentur: vide les *memoires de la preſeance, dictis locis.* Huc ſpectat inſignis locus Ammiani Marcellini *lib.*27. vbi de congreſſu Valentis Imperatoris & Athanarici Regis Gothorum. *Præſtituitur*, inquit, *componendæ paci conueniens locus: & quoniam aſſerebat Athanaricus, ſub timenda execratione iuriſiurandi ſe eſſe obſtrictum, mandatiſq; prohibitum patris, ne ſolum aliquando calcaret Romanorum, & adigi non poterat, indecorumq; erat & vile ad eum Imperatorem tranſire: rectè noſcentibus placuit, nauibus remigio directis in medium flumen, quæ vehebant cum armigeris Principem gentiſque Iudicem, inde cum ſuis fœderari, vt ſtatutum eſt, pacem.*

d Vide Petrum Matthæum *lib.*4. *narration.vlt.num.*7. & Du Cheſne, *de la grandeur & Majeſté de France, lib.*9. *pag.*319.

e Ita Reges Arragonum olim in inſtrumentis & diplomatis ſuis addebant annos Regum Franciæ, vſque ad Concilium Tarraconenſe ſub Archiepiſcopo Berengario A. D. 1180. vt Hiſpanici Hiſtorici memorant: vide auctorem *des lettres d'un François, pag.*14. Ita in Bohemiæ Ducatu mox Regno iam olim ann. 1130. 1221. annos Imperij & Imperatorum prænotare mos fuit: vt docet Pontanus *in Bohem.pia. lib.*5. *fol.*63.71. *lib.*6. *fol.*68. *& ſeq.* Ioach. Cochlæus *in hiſtor.Huſſitarum*, an. 1437. & ex his Goldaſtus, *comm.de Bohemiæ regno, lib.*4. *cap.*1. *pag.* 415. Ita Pontifices olim Bullis ſuis addebant tempus Imperatoris, *Imperatore Carolo Domino noſtro*, vide Guicciardinum *lib.*4. *Hiſtor.* vide quæ Interpretes ad *Nouellam* 47. ſcribunt.

f Ita

f Ita factum in colloquio Marcij Legati Romani & Perſei Macedonum Regis: de quo ita Livius *lib.* 42. *Nec tam in pignus fidei obſides deſiderati erant, quàm vt appareret ſociis, nequaquam ex dignitate pari congredi Regem cum Legatis.*

VIII.

SENTENTIÆ[a] & ſuffragij primò dicendi, votandi prærogatiua (quæ vox hîc propria) etſi regulariter præcedentiæ & dignitatis Nota ſit; In nonnullis tamen locis, & ſingulari quandoque ratione, ſententiam primi dicunt Inferiores[b], Iuniores, Minores, Poſteriores. ❡ Sed & DICENDI ſeu loquendi priùs prærogativa tum nulla eſt, vbi controverſia[c] quædam inter duos agitatur: quia actoris ſeu petitoris tum primæ ſunt partes, quicunque tandem ſit. Item in ſolemnibus pompis vbi actionis ſeu actus neceſſitas[d] dicendi prioritatem requirit. ❡ Tandem de ordine LITERÆ[e] & ſubſcriptionis ſupra dictum *part.1.cap.2.th.13.*

a Text. in *l.1. in fin. ff de albo ſcribendo, l.ſpurij* 6. § *priuileg. vlt. de decurion.* De hoc vide & Symmachum *lib.*10. *Epiſt.*21. Chaſſanæum, *part.*1. *conſid.*19. Langlæum, 7. *Semeſt.*7. Maynardum, *lib.*1. *cap.*71. Loiſeau, *des offices, cap.* 7. *à num.*38. *ad num.*53. Onciacum, *de la precedence de la Nobl. pag.*152-153. Valdeſium, *cap.*2. *num.*24. Seniorem Goldaſti, *lib.*1. *cap.*9. Bruniagium, *de variis vniverſ. ſpe-*

*cieb.num.*47. Rupanum, *lib.*9.*des Parlements,cap.*2. vbi latè quis ordo ſententiarum Romæ fuerit.

b Ita in Parlamentis licet Conſiliarij Clerici ad lævam poſiti,primi ſententiam rogantur,eò quòd olim doctrina fermè apud eos reſideret:vide Rupanum *de Parlam. lib.*7. *cap.*15. *num.*4.

c Ita in Concilio Tridentino, motâ controverſiâ Gallo ab Hiſpanis,primi Hiſpani orationem habuêre. Vt proinde hoc nomine ſtolidè vectare deſinat Valdeſius *cap.* 2. *num.*27.

d Vide exemplum in ſolemnibus nuptiarum Ludouici XIII. Regis Franciæ, *pag.*64.

e Huc pertinet controverſia inter Fridericum I. Imper. & Adrianum IV. Papam: cùm Fridericus ſuum nomen Papali antepoſuiſſet: de quo vide Nauclerum, Hugualdum, Mutium, *lib.*18.*Chron.Germ.* Iacobum Spiegelium, *in com.ad Gunthers Ligurinum*, & alios de quibus Goldaſtus *lib.*1.*Senior.cap.*23.*num.*3. *&* *cap.*30.*num.*5. Ab antiquo ſemper nomina ſua Imperatores Pontificum nominibus præpoſuerunt, *Victor Honorius,inclytus.Triumphator, ſemper Auguſtus ſancto venerabili Bonifacio Papa: decret. part.*1. *diſtinct.*97. *cap.victor.* vbi Gloſſa, *præmiſit Imperator nomen ſuum, quia fortè hæc conſuetudo erat olim.* Omitto alia quæ congerit Mortonius *in cauſa Regia pag.*217.

PARS TERTIA.

De EVREMATICIS *ſeu* CAVTELIS *in Controuerſiis Præcedentiarum.*

I.

QVONIAM controverſiarum de præcedentia ſæpe anceps eſt euentus[a], ſæpe etiam anceps eſt judicium, imò iudicium ſæpe invidiæ[b] plenum, variis ideò Cautelis ſeu Eurematicis aut iudicium declinari ſolet, aut iudicium eluditur, vel etiam invidiæ periculum euitatur: partim ipſius, qui præiudicium ſibi fieri aut putat aut metuit, ingenio: partim amicabili partium tranſactione; tandem & ipſius, apud quem de præcedentia agitur, prudentiâ.

a Non tantum Iuris diffidentiâ, verum judicis ipſius (i. e. eius apud quem res agitur) facto cuius fauor plerumq; eò inclinat, vnde plus colitur aut ſperat: de quo iam parte 1. monitum *cap. de circumſtantiis, ſup. th.* 33. Neque alia fortè res magis deciſionem controverſiarum de præcedentia moratur. ¶ Imò & ſtudio data opera ſæpe judicij dies à Iudice diffinditur, vt ita inter contendentes medius ſuæ auctoritati partim & vtilitati conſulat: quam in rem vide locum Dionis Chryſoſtomi *ad*

Nicomedienſes, pag. 478. 479. Huc pertinet judicium Oratoris Veneti inter relationes Philippi Honorij, de Rudolfo II. Imper. *Nec agrè fert eas, quæ inter ipſos ſunt de dignitatis prærogatiua contentiones & æmulationes, vt neceſſitate poſtulante ſubſidia à ſingulis capiat: quemadmodum nuper pro expeditione Maximiliani fratris in regnum Poloniæ, cuius Rex electus fuerat, ingentem pecuniæ ſummam ab iis exegit*: Quod refert Arumæus *ad cap. 3. Bullæ Caroli IV. th. 4. pag.* 122.

b Quare Neutralitati Principes apud quos res agitur, ſæpius litant.

II.

Ipsorvm qui præjudicium metuunt ſophiſmata hæc eſſe ſolent: Abitum [a] ſimulare, vel minari: Proteſtari [b]; Occurſum vitare, & congregatione abſtinere: penitus Abeſſe [c]: Paritatem [d] ſaltem poſtulare. De ſede alium arte quadam, vel vi etiam, detrudere [e]. Agentes [f] tantùm mittere, non Legatos plena poteſtate.

a Hac arte Epiſcopus Colonienſis ſedem ſuam tenuit adverſus Abbatem Fuldenſem tempore Henrici III. de quo dixi παρθωείᾳ 8. Has artes vidit Concilium Tridentinum.

b Proteſtationum vſus hic frequens, iuri ſuo, quod putant conſervando; Proteſtatio, inquam, de non præiudicando, quam & actis inſeri petat. Vſurpauit eam, vt hoc exempli gratia apponamus, Bauariæ Ducis Legatus in Concilio Tridentino adverſus Venetos. Ibidem & alij plures: vide Beſoldum *de Legatis, pag.* 59.

c Morbo etiam ſimulato: vide Petrum Matthæum *lib.* 7. *narrat.*

*narrat.*1. *num.*12. *pag.*651. Ita Agatho Epiſcopus Romanus Synodo Conſtantinopolitanæ intereſſe noluit, quantumvis verſaretur intra muros Conſtantinopoleos ne ſecundus ſederet ab eius vrbis Epiſcopo Synodi Præſide: vide quæ ſupra notata *th.*34. *part.*1. ¶ Aduerſus hanc cautelam, contraria cautela rectè à ſuperiore interponitur: nempe vt diem & horam condicat, quâ adeſſe omnes jubeat, vt ita is cui præcedentia debetur, eâ vtatur. Ita ortâ controverſiâ in Curiâ Archiepiſcopali Neapolitana inter Rectorem & quoſdam preſbyteros Eccleſiæ collegiatæ, fuit per modum prouiſionis adjecta certa hora & tempus, intra quod teneantur dicti preſbyteri convenire ad diuina celebranda, ad effectum, vt Rector valeat vti juribus ſuis, & præcedere alios vt refert Riccius *tomo* 1. *deciſ. Neapol.*68.

d Id factum ab Hiſpaniæ Legato Mendoza in Concilio Tridentino, vide Bodinum 1. *de Repub.*9. *num.*145. Nempe memores qui hoc agunt, illius, *Vbi pares eſſe cœperint, Superiores eſſe volent.*

e Huc pertinet Philippi Burgundiæ Ducis factum, vnde & *Audacis* nomen ei partum, qui fratrem Ducem Andium de loco detruſit, medium ſeſe pleno convivio inter Regem & fratrem inferendo: de quo dictum, *ſup. parte* 1. *cap.*3. vbi de *Ætate th.* 14. Haud abſimilia alia memorat Hotomannus *de Legatis, cap.*3. *nu* 21. ¶ Ita Poloniæ Regis Legatus cum Legato Portugalliæ de præcedentia certans, cùm Luſitanus prior in Eccleſiam veniſſet, ficto colloquio cum Luſitano, porrectáque manu id effecit, vt Luſitanus nil ſiniſtri ſuſpicans ſurgeret: Quare relicto ſedili dextræ ſeſe ingeſſit Sigiſmundo Imper. præſente. ¶ At ridiculum eſt illud quod memorat Varſevicius; Duorum Principum Italorum Legatos Pragæ ſupra pontem occurrentes, cum neuter honoris locum alteri cederi vellet, tota ibi ferè die:

Digitized by Google

conſtitiſſe, ſéque omnium riſui expoſuiſſe. ¶ Gladij etiam ſæpe intentantur, quomodo ante quinquaginta fermè annos Bellevræum Gallicum Legatum apud Rhætos adverſus Hiſpanum ſeſe tutatum memorant. Verùm iſta quidem vis eſt; ſed quæ in tempore rectè adhibetur: de quo *Protheoria th.4.lit.a.* Neque omittendum eſt Iohannis Sylvæ Comitis Ciſontani factum: Nam cùm Henrici Regis Angliæ Legatus dextram occupaſſet, eum à loco divulſum eiecit, ibidémque vt vt Legatus Caſtellæ ſedit, vt refert Ferdinandus Pulgarus *cap.8.Illuſtr.Viror.* & ex eo Valdeſius *proœm. num.* 30.

f vide *ſup.cap.7.de repræſentat.præcedentia,th.*48.

III.

AMICABILI partium Tranſactione, vel etiam Principum definitione, controverſiæ de præcedentia quandoque diſcinguntur: partim medio alternationis[a], partim medio ſortis[b], partim honorum diuiſionis[c]: denique & compromiſſo.

a De hoc *Alternationis* medio per turnos & alternas vices longè omnium accommodatiſſimo, præter alios, accuratiſſimè ſcripſit Goldaſtus, *lib.1.Seniorit cap.vlt.* vbi allegat & Barbatiam, Petrum Iacobum, Tiraquellum, Knichen, Colerum, Dauthium, *de teſtam.* Nicolaum Betſium, *de pactis familiarum Illuſtrium:* Cothman.*conſil.* 25. *vol.*1. vide & Gratianum *diſcept.forenſ.cap.*106. *nu.*42. ¶ Sanè hoc alternationis remedium Ludouico IV. Imp. placuit, in domo Palatina, Bauarica: Nempe vt primum votum in electione Regis Romanorum haberent Duces ab Imperatore Ludouico ſecundo genito proma-

promanantes, alternatim & ordine mutuitante, vt patet ex Decreto dato Ticini, A. D. 1328. Hoc idem remedium inter Trevirenſem & Colonienſem Epiſcopos in Imperij conventibus obſervatur. Hoc etiam remedio Carolus V. in Comitiis Domum Auſtriacam & Archiepiſcopum Saliſburgenſem inter ſe alternare voluit, vſque ad plenariæ cauſæ deciſionem. Ita Epiſcopus Herbipolenſis & Wormatienſis per vices alter alteri præſidet, excepto primo & vltimo die, in quibus Herbipolenſis præſidet: quæ tria exempla ſuppeditat Nicolaus Mameranus *in tract. de Inueſtitura Regalium Electoralis dignitatis Mauricij Ducis Saxoniæ*: Ita & in iiſdem Comitiis alternare ſolent Marchio Badenſis, Landgravius Haſſiæ, Dux Wirtenbergicus, & Dux Pomeraniæ, vt refertur *in actis Comitiorum Ratiſbonenſium, A.D.*1613.*fol.*40. Quibus quatuor Matthiæ Imper. decreto additus & Dux Meckelburgi: quod decretum extat in *dictis Actis*. Inter Comites & Barones par viciſſitudo, nempe inter Suevicos & Weterauicos: Tandem & inter Ciuitates, veluti Lubecam & Wormatiam: *Auctor des Ausfurlichen berichts vvie, &c. cap.*7. *&* 8. & Lehemanus, *lib* 7. *Chronici Spirenſis, cap.*12. *num.*6. *&* 7. ¶ In Gallia ſimilia decreta; cujuſmodi vnum memorabile refert du Tillet Caroli VI. inter Ducem de Borbonio & Comitem Alençonium, in *tract. du rang des grands de France, cap. des Princes du ſang.* Vide aliud inter priuatos inſigne Arreſtum Pariſienſe A. D. 1616. 20. Februarij, quod memorat Mareſchallus *tractatu des droits honorifiques des Seigneurs en l'Egliſe, pag.*33.34. item *pag.*66. Sed & nuperrimè A. D. 1626. in conventu Notabilium, hoc medio compoſita controverſia inter Parlamentum Burdegalenſe & Diuionenſe: ita tamen vt Burdegalenſe primi diei prærogativâ gauderet. Vide tomum *XII. Mercurij Francici.* Audio etiam nuper, inter lineam Scherenſem & Wolffeggianam domus

Digitized by Google

Valpurgicæ, quæ Dapiferatu Imperij gaudet, decretum, Vt unus in ingreſſu, alter in exitu aureum pomum portaret. ¶ In hac autem alternatione non malè primæ vices Seniori deferuntur, vel etiam ei qui ortæ controverſiæ tempore in poſſeſſione aliqua erat, de quo mox plura, vel ſorti res committitur.

b De ſortis medio ad componendas controverſias de præcedentia, cæteroquin in aliis Iuris articulis recepto, vide Tiraquellum, *de Iure primogen. quæſt.*17. *&* 19. Goldaſtum *in Seniore, lib.*1. *cap.*17. *num.*16. Venturam de Valentiis, in *Parthenio litigioſo, cap.*5. *num.*9. *lib.*2.

c Veluti ut uni aqua luſtralis prius detur: alter prius ad oblationem accedat: vel uni panis prius offeratur, alteri thus prius adoleatur: vide Mareſchallum, *des droicts honor. p.*67.

d vide additionem *ad Deciſionem Gratiani Marchiæ* 232. *num.*1.2.3.4.5. De hoc plenius ſupr. *de præiudiciis, lib.*6.

IV.

Eorvm apvd qvos de præcedentia agitur, invidiam iudicij vel præiudicij ſui vitantium, prudentiæ hæc Eurematica ſunt. Arcere[a] quantum fieri poteſt, à conſeſſu & concurſu utroſque litigantium; Diem ducere[b] extraordinariam & oppoſitam[c] ſedem alterutri adſignare; Ætatis[d], Promotionis[e], Ingreſſus[f] ordinem ſequi: non adeò probamus tamen cautelam, ut diligentiori[g] locus ſit in Eccleſiâ:

cleſiâ : ad literarum ordinem contendentes redigere : Decernere, [b] ne loci ratio habeatur : In orbem [i] ad conſeſſum admittere : Ita ſedes [k] collocare, ut de præcedentia iudicari non poſſit : Nationum [l] & Prouinciarum ut ratio habeatur, non perſonarum, decernere : ſtatuere per modum proviſionis [m] : Tandem protestari ſeu edicere, [n] ſine præiudicio cuiuſquam tranſacta haberi velle neque in conſequentiam interim ſtatutum trahi oportere. De medio Alternationis iam ſuperiore principio dictum.

a Id Ferdinandus I. Imp. in Francicis & Hiſpanicis Legatis vſurpavit : teſte Bodino, 1.*de Rep.* 9.140. Idem & Iacobus Rex Magnæ Britanniæ in ingreſſu ſuo ſolemni Londinum, vide Matth. *hiſtor. lib.7. narr.*1. *num.*12.

b Ita occaſione Legatorum Caſtellæ, Arragoniæ & Angliæ in Conſtantienſi Synodo evenit, ut patet *ſeſſ.* 25. donec *ſeſſione* 26. decretum eſt, Ne loci ratio haberetur.

c Id factum in Concilio Tridentino, cùm relicto priſtino loco Legato Franciæ, qui proximus Imperatorio erat, ex Conſilio Cardinalis Gonzagæ Mantuani, adſignatus fuit extra ordinem Oratorum, Hiſpano locus ſeparatus apud Secretarium Synodi, quod & acceptauit : vt liquet ex *hiſtor.Conc.Trident.lib.7.p.*743.744.*Gall.* & *initio lib.*8. *& p.*850. Ex ipſa proteſtatione Comitis de Luna Oratoris Hiſpani ; ex Reſponſione Oratorum Regis Franciæ : ex Epiſtola Lanſacij inter memorialia

Concilij Tridentini : ex Catalogo Legatorum, qui ad Concilium Tridentinum convenerunt : ex Thuan. *lib.* 32. *p.* 158.& Hadriano *lib.*17.*hiſtor.* & Valdeſio *cap.*2. *nu.* 26. vide quæ de hac ipſa re iam notata *part.*1.*th.*6. ¶ Eâdem Cautelâ ſopita controverſia in eodem Concilio inter Magnum Magiſtrum Equitum Melitenſium & Epiſcopos: adſignata ei ſede inter Cæteros Legatos: de quo vide hiſtor.*Concil.Trident.lib.*8. *p.*892. *Gal.* ¶ Eadem ratione in Comitiis Caſtiliæ, Toletanis, qui de prima ſede cum Burgenſibus certabant, locus extraordinarius adſignatus, & Burgenſes in ordine aliarum civitatum Caſtiliæ ſedent : de quo vide Garibaium *lib.* 14.*hiſt.Hiſp.* Marianam,*de reb.Hiſp.lib.*16. *cap.*15.& Antonium de Herrera, 2.*parte hiſt.lib.*14.*c.*19.*&* 20. ¶ Quanquam negari non poteſt, eum cui priſtinus locus adſignatur potiorem eo ipſe videri: Etſi Cardinalis Lotharingius quòd mediæ iſtius viæ amplectendæ Oratoribus Regiis auctor fuiſſet in Concilio Tridentino, & flagitioſo conſilio nominis Gallici dignitati illudi paſſus fuiſſet magnam invidiam poſteà apud Gallos ſuſtinuerit, ut memorat Thuanus *lib.*32.*p.*158. Hûc pertinent quæ ſupra notata de oppoſita ſede ſupremæ ſedis parte 2.*th.*6. ¶ Exemplum quoque aliud in Caroli Burgundiæ Legatis in Comitiis Ratiſbonenſibus A. D. 1471. Electores præcedere nitentibus. Contentio enim hæc non ante ſublata fuit, quam Burgundi inter Oratores Regios locarentur; tum demum & ipſi auxiſſe Principis ſui dignitatem ſibi viſi quòd in ordine abſentium Regum ſederent, & Electores exiſtimationem ſuam ſervaſſe reputabant, quòd excluſi à primis ſubſelliis Burgundi eſſent; vt teſtatur Campanus apud Freherum *tom.*2. *fol.*150. Arumæus,in *cap* 6. *aureæ Bullæ p.* 192. Goldaſtum *tom.*1. *Conſtitutionum in Rationali fol.* 99. vide eundem *tom.*3. *f.* 438. de hoc quoque ſupra 1. *cap.*5. *th.*34.

d vide:

d Vide ſupra quæ de lineis Electoralibus & aliis dicta, *par.*1. *cap.*3. vbi de Ætate *th.*14. *lit.e.* vide etiam iocum Martij, Legati Romani in colloquium cum R. Perſeo venturi quo cunctantes mollit: *Minor*, inquit, *ad maiorem* & (quod Philippo ipſi cognomen erat) *filius ad patrem tranſeat*. Facilè perſuaſum id Regi, vt refert Liuius *lib.* 42.

e Ita antiquitùs in Belgicâ ex antiquâ conſuetudine, id ſeruabatur, vt qui prior ex Remenſi vel Treuirenſi Ep. fuiſſet ordinatus, prior etiam haberetur: ut Hincmarus teſtatur apud continuatorem Aimonij Monahi *lib.*5. *cap.*21. *p.*461. Huc pertinet quod de Epiſcopis comprovincialibus notatum 5. *part.*1. *cap.*3. vbi de promotionis prioritate, *th.*18. Ita in Concilio Tridentino & Breue Papæ lectum fuit, A.D. 1562. vt teſtatur hiſtor. Concil. Tridentini, *initio lib.*6. & Patribus placuit, ut Theologorum quiſque habita promotionis ad Doctoratum vel Magiſterium ratione ſententiam ferret: Id ita memorat Vaſquius *in præf. Illuſt.quæſt. num.*15. & 17. & idem tamen *num.*12. ait, iuſſum à Delegatis Pontificis, ut de articulo matrimonij tunc propoſito primi Pontificis, deinde Gallorum Regis, atque ita Hiſpaniarum Regis Doctores ratiocinarentur. Et verò id confirmat Catalogus Legatorum, Patrum, Oratorum & Legatorum qui ad Concilium Tridentinum conuenerunt: vide & hiſtor. *Concil.Trident. lib.*7. *p.*776. Dauth. de *teſtam. fol.*7. Raigerum *in Theſauro Iuris verb. præcedentia*. Non abſimile eſt quod in Comitiis Ratiſbonenſibus A.D. 1527. factum, ubi promiſcuè ſine ordine Principes inter quos controverſia fuit, ſaluo cuiuſque Iure ſederunt, quod & poſtea non una vice factum.

f Exemplum in Senatu Polonico, qui de Legatis in univerſum cenſuit, Vti quiſq; prior Poloniæ fines ingreſſus eſſet, ita dicendi ordine priorem futurum, ut me-

Digitized by Google

morat Bodinus *lib.*1. *de Republ. cap.*9. Ita ortâ controverſiâ in Concilio Tridentino inter Legatos Hungariæ & Portugalliæ, vtrius mandata prius legerentur, à Legatis Pontificiis pronunciatum fuit, mandata Legatorum lectum iri eo ordine quo exhibita fuiſſent, non juxta Principum dignitatem: de quo vide Hiſtor. Concilij Trident. pag. 560. *in fin. Gall.*

g Vide Mareſchallum *des droits honorifiques, pag.* 65. & Bacquet, *des droits de Iuſtice, cap.*20. *num.*17.

h Ita factum in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 26. vt iam notatum *lit.b.ſup.*

i Hac de re vide Paſchalium, *de Legato, cap* 67. Cæterùm & alibi in orbem ſeu in circulo quædam fieri ſcribique ſolita, præiudicio & invidiæ fermè vitandæ. Ita in orbem ſeu circulum teſtamento ſervis libertas quandoque relicta, teſte Gaio *lib.*1. *Inſtit.* Hûc pertinet illud Solonis *apud Auſonium in Ludo ſeptem ſapientum.*

Rectè olim ineptum Delphicus luſit Deus,
Quærentem, quiſnam primus ſapientum foret,
Vt in ORBE TERETI *nomina eorum inſcriberet,*
Ne primus eſſet, ne vel imus quiſquam.

Ad eum modum Seldenus marmor ex Arundelianis extulit *p.*50. vbi Iulius Alexander, Silvano, Herculi, Libero, quid dedicans, in circulo eorum nomina inſcribi voluit, ne Deorum cuiquam ante alium prærogativa daretur. Notum & illud Vrbani Pontificis: cùm enim Sodalitium Franſciſcanum juſſiſſet, ut ei exhiberent trium ex ſe nomina quorum unum in Cardinalitiam dignitatem ſubveheret; illi circulari figurâ exhibuêre, ne à loci & nominationis prærogativa quis dignior eis videretur, præiudicium Pontifex ſumeret. Sed Pontifex, *ordinem*, inquit, *pervertiſtis & ego ordinem pervertam*, omiſſiſque ſodalibus ita deſignatis, Præfectum ordinis, quem generalem vocant, Cardinalem creavit: Narrant Cardinalis Alexander *in C. Nicolao, tit. de appell.*

& Ne-

& Felinis *in cap. cùm dilecta tit. de reſcriptis :* vide & Tiraqu. *de iure primigen. qu.*19.

k Ita in Concilio Tridentino motâ controverſiâ inter Didacum Legatum Imperatoris, & Cardinalem Tridentinum, ita ſedes eorum collocatæ fuerunt, vt non appareret uter præcedentiam haberet; hiſtor. Concilij Tridentini, *l.*2. *p.*126. & 127. In Gallica ſimile quid factum audio, *en l'aſſemblée des Notables à Roüen.*

l Ita in Baſilienſi & Conſtantienſi Concilio decretum; vt ſuffragia ferrent Nationes non perſonæ : vide Æneam Sylvium *lib.*2. *de geſtis Concilij Baſil.* Valdeſium, *c.*2. *num.*5. & 24. & diſceptationem Legatorum Franciæ & Angliæ in Concilio Conſtantienſi.

m Vide exemplum apud Maceratenſem, *reſol.*81. *n.*8.

n Vide Proteſtationem Legatorum Pontificis in Concil. Tridentino *in hiſt. Concil. Trid. lib.*6. *p.*546. *Gall. Declarat*, inquit, *Synodus, ex loco aſſignato Oratoribus tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, in ſedendo, incedendo, aut quibuſcunque aliis actibus, nullum cuiquam eorum fuiſſe factum praiudicium, ſed omnia illorum Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum ac Principum ſuorum iura, & prærogatiuas illæſas & ſaluas eſſe, in eodemque ſtatu permanere, PROUT ANTE præſens Concilium reperiebantur :* Vide & proteſtationem Concilij Conſtantienſis, *ſeſſ.*29. Similis proteſtatio in controverſiâ inter Lugdunenſem, Bituricenſem, Rothomagenſem Archiepiſcopos ſub Franciſco I. per os Cardinalis Senonenſis, Cancellarij Franciæ, cùm Lugdunenſi prima ſedes, Bituricenſi ſecunda, Rothomagenſi tertia adſignaretur, A.1527. de quâ Rupanus *des Parlements, lib.*7. *cap.*13. Quæ tamen proteſtationes non alios reſpiciunt, quàm eos inter quos motæ tum controverſiæ.

Et nos proteſtamur, hâc Diatriba nemini ius ſuum detractum nos velle.

FINIS. Z

ANT 131.9535.

Digitized by Google

XII
C 25

Digitized by Google